
LAURENTIUS
VIGERIUS
DE
CATARRHO
1620

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark

VIGIER, J.

65911/A

IV 3

TRACTATV

ABSOLVTISSIMVS E

ACCVRATISSIMVS DE C

TARRHO, RHEVMATISMO, VITIIS D
tium, linguæ, vocis, de immodica & indecora ſali
tione, & aliis à Cerebro deſtillationibus, de va
authoribus compilatus.

ITEM

*Andreæ Laurentij Archiatri Regij, Cancellarij in Celeb
rima uniuerſitate Medicinæ Monſpellienſi Tracta
excellentiſſimus de Catarrho è Gallico ſermone in La
num conuerſus.*

PER IOANNEM VIGIRIVM
DOCTOREM MEDICVM
Caſſeronenſem.



GENEVÆ,
Apud Ioannem Bouchereau.
M. DC XX.

BRITISH MUSEUM
SALE DUPLICATE
1787

LECTORI BENEVOLO.

CVM morborum omnium frequentiſſimè & moleſtiſſimè catarrhus adoriatur hominẽ, eúmque in mille mortis pericula præcipitem det: Vti egomet meo teſtimonio comprobare poſſum, qui vim eius, & inſultus, grauéſque noxas ſæpe expertus ſum, adeò vt exanimẽ ferè per multos annos vitam traxerim, pallore vultus, & languore, tuſſi ſicca, difficili reſpiratione, perpetuáque diarrhœa afflictus: modò enim imbres ingruẽtes, illuuies, & torrentes catarrhorum in tracheam arteriam prolabebãtur, modò in pulmones, ſæpiſſimè in ſtomachum. Qua dum iactarer tẽpeſta-

te pro virili obſtiti:ita vt tandẽ ſuperfuerim, aduocatis priùs in meum auxilium ſcriptis authorum de meliore nota qui de hac materia tractarunt; in quibus primas tenent Do. Picotus Paparella, Botallus, & Laurentius, de quorum viridariis hoc florilegium excerpſi:compendium videlicet methodi curandorum catarrhorum;cuius ope (fauente Dei gratia) catarrhi tyrannide me vindicaui , & mortis faucibus eripui. Ecce tibi conſulturus, vel potius (vt quod res eſt fatear) amicis obſequuturus, quorum precibus reſtitiſſe mihi nefas, in lucem elimino libellum hunc , gratiam non gloriam ambio, quam ſi mihi renuas, ſufficiet placuiſſe amicis.

RHEV-

RHEVMATISMI ET DESTILLATIONIS DESCRIPTIO.

Cap. I.

CATARRHVS vocabulum apud medicos anceps & vagum. Vſurpatur enim aliter à Galeno & Græcis veteribus, aliter à Mauritanis & recentioribus medicis. Nam Catarrhum definit Galenus quando in os defluxerit excrementum à Cerebro. Paulus Ægineta Catarrhum abſolutè dici vult, ad fauces & palatum factam defluxionem: ad laryngem verò & trachæam arteriam, ſic vt interiorem membranam ſeu tunicam exaſperet, & Βραγχιάζειν, id eſt, raucam vocem emittat. Sic Pauli deſcriptio non aduerſatur Galeni definitioni. Contra Arabes Catarrhum propriè dici volunt, cum fit à cerebro deſtillatio non in fauces, ſed in pectus & thoracis partes interiores. Aiunt enim ſuo loquendi modo:

Si fluat ad pectus, dicatur rheuma catarrhus,
Ad fauces branchus, ad nares eſto Coryza.

At nunc à recentioribus, medicinæ practicæ & actuoſæ ſectatoribus, catarrhus, generalius ſumpto nomine, vſurpatur, pro omni deſtilla-

tione ac defluxu humoris aut excrementi à cerebro in partes ſubiectas: atque ita in vnum confundunt, Catarrhum, Rheumatiſmum, κατασταγμὸν, & deſtillationem Celſi. Nec illud hac in parte omittendum ῥεῦσιν, id eſt fluxionem etiam generalius ſumi, quàm Catarrhum, tum veterum, tum recentiorum: Cum illa ſit decurſus cuiuſlibet humoris aut excrementi, ex quacunque parte prodeat, & in quamcunque partem incidat: fluxionúmque aliam eſſe à cerebro in partes ſubiectas, aliam verò ab hepate manare, aut vaſis: aliam à quacunque parte onerata excrementorum copia, vel qualitate infeſtata. Atque ita Rheumatiſmus, Catarrhus, Deſtillatio ſunt ſpecies fluxionis: quorum fons & origo eſt caput. Nulla eſt enim ferè pars, quæ non poſſit ῥευματίζεσθαι, fluxionéque tentari. Sed ad præſentis commentarij intelligentiam, ſatis erit monuiſſe, Catarrhum & Rheumatiſmum à recentiori medicina generali & communiori nomine vſurpari pro qualibet humoris aut excrementi à cerebro & capite in partes quaſlibet ſubiectas, deſtillatione, quæ Græcis etiam ῥεῦμα, ῥευματισμὸς, κατασταγμὸς, noſtris fluxio, deſtillatio, excrementorum à capite decurſus, decubitus, prolapſus dicitur.

iſio & rentiæ llat-

Defluxiones varias appellationes pro partium & ſymptomatum varietate recipiunt. Nam ſi fluxio fiat in oculi tunicam adnatam fiet ophthalmia, lippitudo Celſi, Chemoſis, deterrima ophthalmia, hypoſphagma, macula rubra Arab. Si in membranam corneam fiunt

φλύ-

φλύκταιναι variæ. Si in vueam, fit Mydriaſis, pupillæ dilatatio, ſuffuſio, glaucoma, mutatio coloris criſtalloïdis, nam apparet in foramine vueę. Si in angulum magnum, fit Anchylops, abſceſſus inter angulum & nares, Ægylops ſeu fiſtula lachrymalis, enchantis, caro excreſcens in angulo, epiphora, pituitæ curſus, Rhyas diminutio carnis lachrymalis. Si fluxio fiat in nares, fit Coryza, grauedo, ozæna, polypus, ſarcoma & varia odoratus ſymptomata. Si in aures, phlegmone, modo interna, modo externa, otalgia, dolor auris, ſurditas, difficultas auditus, grauis auditus, tinnitus, ſibilus. Si in fauces antiades, tonſillæ, glandularum inflammatio, inflatio pariſtmia. In gargareonem ſtaphylæ, vuę, hodie partem & morbum ſignificat, cyon, columella, eroſio, putredo. In gingiuas paroulis, epoulis, eroſio, putredo, fluor, fiſtula. In dentes odontalgia, dentium liuor, rubigo, eroſio, perforatio, fœtor. In membranam veſtientem partes oris aphthę, alcola, puſtulæ vlceratæ, vlcera putrida, ſordida, cacoethe, vlcera erodentia, νόμαι. In linguæ muſculos inflatio, inflammatio, paralyſis, ſpaſmus, ſtupor, mogilalia, ancylogloſſum, vitium linguæ paulo dictum ptyeliſmus. In laryngis muſculos cynanche, angina, vocis læſiones, & vitia. In laryngis & aſperæ arteriæ membranam branchos, raucedo, arteriæ aſperæ aſperitas, vlcus, vocis vitia & ſymptomata. Si in arteriæ ductum medium, tuſſicula multiplex. Si fluxio altius decumbat in bronchia arteriæ aſperę tuſſis modo ſicca, modo humida, dyſpnœa, vt

Non à la flux[ione] ori[un]tur.

Tõſill[æ] antia[des] nomin[a] ſunt p[ar]tis & m[or]bi.

Non à la flu[xione] ue ſiun[t].

genꝰ,&vt ſpecies,aſthma,orthopnœa.Si in pulmonum ſubſtantiam mollem, vaſorum capillamentis oppletam,dyſpnœa, anhelatio, aſthma,tabes, hæmoptoë. Si in leues arterias, aut arterias venoſas pulſus inæqualis, & tandem cordis palpitatio, mox dyſpnœa & difficilis reſpiratio,hæmoptoe,ſi fluxio acris. Si in ſpinam & vertebrarum ligamenta tuberculum in ſpina,gibba, lordoſis, ſcolioſis. Si in pericardion cordis tremor,vel palpitatio. Si in gulam, aut ventriculum, ſitque fluxio frigida, fiunt cruditates,bradypepſia,ructus acidi. Si calida fluxio, fiunt ſitis,ructus nidoroſi,apepſia,aliquando vlcus,febris,lienteria. Si in ceruicem, ſcapulas, muſculos dorſi, & articulos ferè omnes, fiunt articulorum dolores,& arthritidos plures differentiæ, vt in mandibulis ſeu maxillis ſiagonagra,in collo trachelagra, in ſpina rachigagra,in ſcapulis omagra,in clauiculis cleiſagra, in vlna pechyagra, in manibus cheiragra, in coxis iſchias,in genu gonagra, in pedibus podagra.

In ſumma pauci ſunt morbi,qui non excitentur,vel increſcant, vel foueantur ab aliqua defluxione humoris excrementitij à capite. Videmus enim febres pleſumque ob deſtillationem in pectus,aut aliò,accendi: Et quaſdam acceſſionis initio,irritari,& deſinente paroxyſmo ſedari. Quin & tumores,omnes præter naturam, à fluxione fieri proditum eſt à Galeno. Fiunt tamen illi à fluxione per vaſa,aliunde ſæpe, quàm à cerebro.Aliud enim eſt fluxio generatim ſumpto nomine, aliud deſtillatio & rheumatiſmus,

Meth.

vt ſuprà eſt dictum. Nam Rheuma in vniuerſum eſt, à quacunque parte in quamuis ſeu infernam, ſeu ſupernam, ſeu ad latera ſitam fluxus. Catarrhus verò de eo dici ſolet, qui in partes capite inferiores impetu quodam irruit.

Quiſnam affectus ſit Catarrhus & Rheumatiſmus.

CAP. II.

IMmoderationis omnis in excreto cauſa eſt, actio quædam læſa. Catarrhi quæ? animaliſne an naturalis? Nam cerebrum præter animales (quas habet, vt inſtrumentum) habet etiam naturales functiones, vt ſimilare: nutritur enim, vt quæuis alia pars, naturæ ſuæ congenere, hoc eſt pituitoſo ſanguine: quem idcirco ad ſe trahit, retinet, aſſimilátque: alimenti verò reliquias in ſanis dum bene habet per patentes ductus atque etiam per ſuturas excretricis robore expellit, verùm ſi qua intemperie laboret, malè coquit, hinc prouentus excrementorum, quibus non poteſt facilè ſeſe expedire, tandem grauatum quantitate, aut qualitate irritatum, retentricis imbecillitate, qua poteſt ſeſe exonerat, catarrhum igitur producit actio naturalis læſæ, non animalis, quæ tantùm ex conſequenti læditur, animales enim functiones ſolito peius obit cerebrum intemperatum, humoris alieni copia onuſtum naturæ functiones omnes lædit intemperies aliqua. Ergo Catarrhus & Rheu-

Ad q[...] ſympt[...] ſit refe[...] da deſ[...] latio & Rheum[...] tiſm.

Catarrh[...]

…rēdus claſsē …retorū …modicè contra …uram.

matiſmus referendi ſunt ad illud ſymptoma, quod exiens mutatum, & quod contra naturam, immodicéque excretum appellatur. Exit enim à capite humor excrementitius: qui homini ſano exire non conſueuit: & quod lienteria eſt ventriculo imbecilliori, & gonorrhœa vaſis ſpermaticis, diabetes renibus, id rheumatiſmus & catarrhus ſunt cerebro & capiti. Porrò hic humor excrementitius aggregatur, cumulatúrque paulatim, cùm cerebrum alimentum proprium non probè coquit, nec bene commutat in ſecundos humores ſeu humilitates: vnde excrementorum copia, præſertim pituitoſorum, crudiórque ſuperfluitas. Nam vt plurimùm ſanè cerebri intemperies frigida eſt cauſa catarrhi, non ſemper.

…rebrum …somnis …ſtillatio …s.

Cerebrum itaque fons eſt, & origo omnis rheumatiſmi, & deſtillationis, idque vel vt pars eſt ſimilaris, cùm ſcilicet eſt intemperatum & imbecillum, vel vt pars eſt inſtrumentaria, dum plenitudine, & excrementorum copia immodica, aut qualitate moleſtatur. Ex quibus facile eſt intelligere catarrhum non eſſe morbum, non cauſam morbi, ſed ſymptoma exiens immutatum quod morbum ſequitur, id eſt ipſius cerebri, intemperiem frigidam vel calidam, nec non in catarrho cerebrum, vel vti partem ſimilarem, vel vt partem inſtrumentalem, vel per ſe, vel per conſenſum alterius partis perpetuò laborare, adeo vt ſine affecto cerebro nulla vnquam deſtillatio fieri poſſit: quod pariter in Galeno traditum eſt 1. de ſympt. cauſis. Ex quo neque difficile eſt eam dubitationem ſol-

ſoluere, vtrum catarrhus inter morbos capitis, an aut thoracis debeat collocari, cum Medici modo vni, modo alteri parti illum adſcribant. Namque ſi ex vna parte catarrhus ſine laborante cerebro eſſe non poteſt, ex altero autem ille propriè non magis ad thoracem, quàm ad alias partes pertinet, ad quas contingit excrementum defluere, ſatis debet cõſtare omnem catarrhum ad cerebrum pertinere. Rhaſimque ſumma cum ratione de illo inter morbos capitis tractare, cęteros autem præter rationem inter morbos thoracis eundem reponere, tamen catarrhus ad omnes ferè ægritudines in genere corpus humanum diſponere poteſt, vt dictum eſt. Sunt qui dicant catarrhum eſſe morbum in numero, ſicut lapis in veſica, & vermis in inteſtinis, quando ſcilicet eius materia immediatè & ſenſibiliter aliquam impedit membrorum operationem, vt narium, aut faucium, aut pulmonis dilatationem, & conſtrictionem.

An m... bus t... racis.

Cauſæ ad duo capita redigi debent: quandoquidem aliæ ſunt cauſæ propter quas vel augetur, vel generatur materia: aliæ ſunt cauſæ propter quas genita & aucta ad ſubiectas partes mouetur. Loquemur primò de augentibus, deinde de mouentibus.

Cauſa ... tarrhi ... gidi.

Augetur materia in cerebro quatuor præcipuis modis vel genita ſcilicet, vel retenta, vel attracta, vel denique tranſmiſſa. Generatur autem vel ex intemperie, vel ex obiecto. Ex intemperie quidem neceſſario frigida, quandoque tamen humida, aliquando autem ſicca. Et quan-

Cauſa... gentes ... teriam. Quanam ſunt ca... ſæ hu... deſtilla... nis.

quam Sebaſtianus Paparella vir ſanè doctus lib. 1.de catarrho,cap.20.minimè concedat ex ſicca intemperie pituitam gigni, aliter tamen ſentit Galen.lib.2.de temperam.cap.vltim. & aliter etiam ſuadet ratio. Nam in omni defectu caloris innati, qui eſt alteratricis facultatis inſtrumentum,crudus humor generari poteſt. Sed ſic eſt, quod in intemperie frigida & ſicca adeſt defectus caloris innati. Ergo generatur crudus ſuccus.Oportet tamen de frigida & ſicca intemperie diſtinguere.Nam vt Gal.loc.cit.docet frigida & ſicca naturalis pituitam generat: frigida & ſicca aſcititia,quæ ſequitur intemperiem calidam & ſiccam, augent ſuccum melancholicum,talis potius melancholiam auget. Adiuuant verò intemperiem frigidam & humidam ætas ſenilis, ſexus muliebris, regio, conſtitutio & tempus anni frigidum & humidum,pluuioſum & auſtrale, vita ſedentaria, victus plenus, cibi pituitoſi,frigidi & humidi,vt piſces,præcipuè cruſtali,teſtacei, cartilaginei, legumina,olera omnia humida, fructus horarij, lac & caſeus recens, potio frigida quæ etiam ſunt in cauſa catarrhi ratione erroris externi: nam ex his alimentum generatur cerebro improportionatum: de qua re Galen. libr. 9. de vſu part. cap.1.

…abitu …oris …e ſect. …phor. … …ct.3. a… …r.23.ex …i tem… …ib.hyē, …ximè …uedi… … & …cedi… … af… …

Aliquando autem augentur excrementa in capite,quia præter naturam retinentur:Sic obſtructis illis canalibus pelui,ſeu infundibulo, atque aliis deferentibus excrementa ad propria expurgationis loca, ita deinde augētur,vt quaſi flu-

ſi flumina in immenſum aucta erumpant, & copioſa deinceps fiat effluxio. Obſtructionis autem cauſa erit ipſa craſſities, vel excrementorum copia. Ideo Gal. lib. 3. de cauſ. ſympt. cap. 4. Catarrhos inquit fieri etiam ex morbo in intéperie, atque etiam ex morbo inſtrumentario. Tertio augetur catarrhus in capite per modum attractionis. Trahitur autem materia vel ex intemperie calida, ſiue ſicca, ſiue humida cerebri, vel ex cauſis extrinſecus caput calefacientibus, vt inſolatu, balneo laconico, graui pileo, frictione aut inunctione calida. Denique augetur per tranſmiſſionem: Tranſmittitur autem materia & à thorace, à ventriculo, iecore, liene, ab inteſtinis, ab vtero, à veſica, & hæmorrhoïdibus, denique à toto corpore: Et cauſæ propter quas tranſmittatur, ſunt vel retentiones conſuetorũ excrementorum, vt ſæpè à ſola alui adſtrictione. Aliis id fit ex oppreſſo conſueto ſudore, aut menſibus, vel hęmorrhoïdibus, quanquam non deſint etiam cauſę impellentes vapores & humores in capite, vt ſunt vinum generoſum, omnia acria, omnia aromata, omnia denique vaporoſa, exercitatio nimia à cibo, aut balneum, aut venus, (hæc enim calorem innatum debilitat & ſpiritus reſoluit) nam *Balnea, vina, venus corrumpunt corpora noſtra. Ad vitam faciunt, balnea, vina, venus.* Omnia denique quæ corpus ipſum agitare poſſunt, & calefacere, potiſſimum à cibo, caput replere poſſunt, aucta igitur materia mittitur ad partes inferiores, & deſcendit, aut per propriam grauitatem aut vio-

lenter:& ſi violenter, aut attrahitur, aut impellitur, aut patitur vtrumque. Attrahitur à partibus ſuſcipientibus affectis, ſic aliquando in iſtis, qui laborant vlcere circa os, aut nares, fiunt defluxus catarrhales, propter vlceris dolorem attrahentem. Et ſi quis vtatur oleis calidis, vel ex ſulphure, vel calcantho, augebit fluxionem. Impulſio autem fit tribus modis, vel à facultate expultrice irritata, aut à multitudine, aut ab acrimonia, ſeu mordacitate: vel fit à cauſa externa calida, colliquante humores cerebri: aut tertiò fit à cauſa frigida externa exprimente eaſdem cerebri humiditates. Et hæ ſunt cauſæ generatrices.

Cauſæ catarrhi calidi. Hactenus dicta magna ex parte quę ad frigidā deſtillationem ſpectant. Iam calidæ, acris & amaræ, ſalſæque cauſas declarabo breuiter. Item quæ cauſa motus continui & interpolati reciproci tamen. Ait igitur calida deſtillatio, vt & frigida, in genere, vel ex morbo, vel ex obiecto improportionato, & morbus vel intemperies eſt, vel in mala compoſitione, vel in ſoluta vnitate. Intemperies autem eſt neceſſariò calida, quandoque humiditati, quandoque ſiccitati connexa. Poteſt enim fieri, vt cerebri temperamentum naturaliter calidum & ſiccum extraneam deinde humiditatem contrahat. Morbus inſtrumentarius erit, vel obſtructio, vel inflammatio. Nam ex obſtructione excrementum putreſcit diu in loco retentum, & conſequenter fit caliditas acerrima. Morbus in ſoluta vnitate poteſt eſſe aut vlcus, aut abſceſſus. Etenim ſiue

labo-

laboret vlcere, vel abſceſſu, & pręcipuè oſſis carie, vt in lue Venerea affectis, neceſſarium eſt acrem progigni deſtillationem. Denique augetur ex obiecto improportionato, nempe ex alimento & humore vitioſo ad cerebrum confluẽte. Sic enim ex cibis ſalſis, vſu aromatum, acribus, vino generoſo calidum alimentum capiti ſuppeditatur à toto, iecore, vtero & alia parte. Ex quo poteſtis facilè colligere cauſas amari & ſalſi ſaporis in catarrho. Nam amarus fit ex bilis admiſtione: Idcirco omnis amarus catarrhus erit calidus. Quod dico propter Valleriolam qui 2. enar. medic. 4. videtur probare exemplo opij dari corpora amara frigida. Opium enim eſt amarum, & tamen eſt frigidum in quarto: hoc in viuentibus locum non habet: Inanima poſſunt quidem, etiamſi frigida, fieri amara ex frigiditate externa, exprimente humiditates aqueas & congelantẽ terreſtres. Sed in humano corpore vehemens frigiditas congelans non datur, vnde amaror ſemper ſequitur caliditatem immodicam. Salſus ſapor Auicenna dicit fieri ex certa quadam miſtione aquei humoris cum ſicco terreſtri amaro, definitio quæ coincidit cũ Ariſtotelica. Nam Ariſtoteles quoque cenſet ſalſedinem fieri ex humido cum ſicco terreſtri permixto: quod ſiccum terreſtre non poſſit eſſe ſaporis expers, & quod potius declinet ad amarum: hæc vera cauſa. Nam quod dicit Gal. ſalſam pituitam fieri ex admiſtione ſalſæ ſeroſæ humiditatis, verum quidem, nondum tamen explicat cauſam. Pariter etiam dicit, ſalſedinem

Cauſa catarrhi amari.

Opium.

Num omnia amara ſint calida.

Cauſa ſalſi immediata.

fieri ex putredine, hæc non eſt cauſa immediata ſalſedinis, quia multa dantur corpora putrida, non ſalſa, & multa ſalſa non putrida, imo ſalſedo præſeruata putredine, poteſt tamen eſſe mediata, quando putridum corpus redditum fuerit ſiccius, & admiſceatur cum humido. Cauſa igitur immediata eſt admiſtio humidi cum ſicco terreſtri, quantum ad motum pertinet. Cauſa continuitatis motus in catarrho tota pendet ex multitudine & craſſitie humoris, & præterea ex primaria capitis affectione. Cauſa verò interpolati eſt vel paucitas, vel tenuitas humoris, vel affectio cerebri non eſſentialis, ſed per cõſenſum. Quia verò quædam deſtillatio magis mouetur æſtate quàm hyeme, alia potiùs hyeme quàm æſtate, quæ mouetur potius æſtate fit ex intemperie calida & humore calido, quæ hyeme potius ex intemperie frigida. Id ipſum contingit in deſtillatione diurna & nocturna: nam calidæ interdiu, frigidæ verò noctu exacerbantur.

[C]auſa [co]ntinui[ta]tis mo[tu]s in ca[ta]rrho.

[In]terpo[la]ti.

Cauſæ antecedentes & internæ Rheumatiſmi, & qui hominum faciliùs Catarrho & Rheumatiſmo afficiantur.

CAP. III.

QVi cerebro ſunt calidiori, humidiori, facilè tentantur Rheumatiſmo: quia caput citò impletur excrementis. Nam vapores à viſceribus & toto corpore tranſmiſſos promptè admittit,

mitttit, imò etiam trahit, quia calidius, vnde grauatur: & quia humidius, ſcatet excrementis, quæ ſcilicet gignit & fouet. Et quantò humidius, tantò maiore excrementorum prouentu abundat. Sanè homines tali cerebro nati, à cauſis humectantibus citò offenduntur, vt auſtro, balneo, hypocauſto, vino copioſo, victu humectante. Calor enim vndique vapores ad ſe trahit, caput figuram habet cucurbitulæ: ſi accedat flamma ſeu alienus calor, haud dubiè non aliter, quã cucurbitulæ humores, ad ſe rapiet vapores, qui à cranio reflexi aqueſcunt, inde catarrhi materia. Auicenna ad figuram, & calorem cerebri adiungit intemperiem hepatis calidam, catarrho enim præ cæteris ſunt obnoxij quicunque habent iecur præcalidum: Eiuſmodi enim iecur, congenerem facit ſanguinem proindéque vaporoſum, qui quidem vapores ſiue attrahantur, ſiue calore & leuitate ſponte ſurſum ferantur, materiam ſuggerant deſtillationi. Ariſtoteles idcirco hominem præ cæteris animantibus deſtillationi obnoxium eſſe ſcribit, quòd habeat rectum corporis ſitum, propterea enim vapores recta feruntur ſurſum.

Si ca[...] humi[...] pluri[...] exceſſ[...] voσωd[...] eſt [...] boſum[...] rit, & creme[...] ſum, cund.

Qui frigido humido ſunt cerebro, etiam citò Rheumatiſmis & deſtillationibus capiuntur, nam deſtillatio nihil aliud eſt, niſi deſcenſus pituitæ à capite ad partes infernas. Eſt inquam deſcènſus pituitæ, quoniam caput, vt dicit Hipp. libro de glandulis, ſt metropolis pituitę, ita vt interdum vſque adeò copioſa colligatur in cerebro pituita, vt minimè contineri poſſit.

Frigiditas enim functionibus naturæ aduerſatur, diminutéque ac languidè coquit alimenta, nec benè reſoluit vapores ad caput elatos: vnde multa excrementa colligit cruda & ſuperuacanea,& hinc Rheumatiſmus. Huiuſmodi hominibus caput perpetuo graue, facies ſubtumida, color albidior,aut ex albo liuidus, ingeniũ hebetius, ſenſus parum vegeti, ὑπνηλοὶ, ſomniculoſi.

Qui cerebro ſunt frigido & ſicco, incerta degunt valetudine. Nam modò bellè degunt ac leuiſſimum liberúmque caput habent excrementis:rurſus leui occaſione deſtillationibus, catarrho,moleſtantur. Æſtate caput habent leue excrementis & dum victu tenui aut moderato caſtigatóque vtuntur:Contra Hyeme, & quum parum cauta victus ratione degunt,promptiſſimè Rheumatiſmo tentantur, more ſenum, habent enim à primo ortu, ſenum temperamentũ: Nec ſanè alia eſt capitis intemperatura,quę imbecillius,infirmiúſque iniuriis tum externis, tũ internis reſiſtat.Porrò illud animaduerſione dignum, huiuſmodi homines frigido ſicco cerebro à primo ortu, & ſi facultates naturales habeant imbecilliores, nec bellè alimenta concoquant,nec excreméta tam cerebri, quàm aliundè tranſmiſſa expellant, aut reſoluant, vnde Rheumatiſmus, functiones tamen animi habere pręſtantiſſimas.Valent enim prudentia ac iudicio:illíſque ineſt opinionum grauitas,ingenij acumen,memoriæ firmitas,quæ omnia ſiccitati moderatæ natiuæ adſcribuntur, addita tamen

paucu-

paucula frigiditate. Hi caneſcunt ante tempus & præmaturè, præſertim capillis potiùs quàm barba:& alia ſenectutis teſtimonia in capite citò oſtendunt:habitu ſunt emaciato, colore faciei nec florido, nec viuido, aſpectu fixo.

Denique, qui cerebrum habent imbecillum ſiue à natura & mala conformatione, vel curſu ætatis, vel longa intempeſtiuáque cerebri defatigatione, aut à morbis, vt ictu, vulnere capitis, lue venerea, & illitu vnguenti ex hydrargyro, aut errore in rebus naturalibus, hi omnes Rheumatiſmo & deſtillationibus citius capiuntur, niſi diligenti cura capiti prouiderint.

Auicenna dicit habentes caput calidum eſſe magis diſpoſitos ad catarrhum à cauſa extrinſeca, & præſertim à calido diſſoluente, & frigido exprimente:& hoc quia eorum pori ſunt magis aperti, vnde cauſa penetrare poteſt:habentes autem caput frigidum non ita patiuntur à cauſis externis, eorum enim pori ſunt clauſi & conſtipati, per quos non datur ingreſſus externis lędētibus, ſunt tamen magis diſpoſiti ad catarrhum à cauſis internis, eorum enim cerębrum eſt debile, ideo malæ humiditates in eo aggregantur, quę à debili calore, neque reſolui, neque diſcuti poſſunt. Sed catarrhus in corpore calido faciliùs curatur quàm in corpore frigido.

Quina homin faciliù catarr incurr an hab tes ca calidu an frig dum?

Quomodo à calida & ſicca intemperie cerebri poſſit fieri deſtillatio, quæritur, ſiquidem Gal. in lib. art. medic. cap. de ſignis calidi, & ſicci cerebri, inquit ſigna intemperiei calidæ & ſiccæ, vel

ſiccæ cerebri eſſe, vt huiuſmodi cerebrum vacet excrementis: vnde colligi poſſe videtur has intemperies, minime deſtillationes producere? Reſpondeo hanc intemperiem, vel poſſe conſiſtere intra terminos ſanitatis, vel eſſe morbosá: ſi cōſiſtat in latitudine ſanitatis, vt loquitur Gal. certè excrementa pauciſſima producit, & conſequenter deſtillationes minime facit. Cæterum ſi morboſa ſit, clariſſimum eſt ab huiuſmodi intemperie fieri copioſa excrementa, quol coctio mirum in modum vitiatur. Sunt ergo morbi, à quibus vitiatur facultas coctrix cerebri, omnes intemperies. Quibus pili ſunt pingues & oleoſi ſignum eſt eos minus deſtillationibus tentari, quoniam materia liberum exitum habet.

Cæterum temperamentorum dictorum differentias cognoſces ex capitis cōformatione, proba, mala, capillis rectis, criſpis, illi enim à frig. hi à cal. ſiccitat. robuſtis, gracilibus, illi à ſicco, hi ab humido, flauis, nigris, hi à cal. ſiccit. A colore faciei viuido, ex albo roſeo, fuſco, obſcuro, flauo, pallido, liuido. Ab excrementis palati, narium, aurium, oculorum, multis paucis, coctis, liquidis. A iuuantibus, nocentibus, alij enim lęduntur facilè calidis, alij frigidis, à ſomnolentia, vigiliis, victu præcedente. A principum animi facultatum virtute vel vitio, ingenij ſcilicet, iudicij, & memoriæ.

An Rheu-

An rheumatiſmus & deſtillationes fiant etiam vitio viſcerũm & partiũm inferiorũm.

CAP. IIII.

FErnelius noſtrę ætatis philoſophus primi nominis, & medicus doctiſſimus & exercitatiſſimus, negat calorem hepatis aliquid efficere ad deſtillationes & catarrhos, immo hos potius fieri ab intemperaturis frigidis, & frigidis & humidis, quàm calidis. Ad eius opinionem confirmandam hoc etiam addi poteſt, Galenum cùm loquitur de cauſis deſtillationum, fontem cuiuſlibet rheumatiſmi conſtituere cerebrum, nunquam hepar: & in arte medica, temperaturas cerebri deſtillationum cauſas recenſeri, non hepatis. Illud etiam addam, ſi iecoris caloris exuperantia rheumatiſmos vel gigneret, aut foueret, conſequi, vt iuuenes bilioſi deſtillationibus & catarrhis magis eſſent obnoxij, quàm ſenes, cuius contrarium experientia confirmat. At medicorum Arabum turba, poſteriórque medicina putant à feruentiori iecinore Rheumatiſmum excitari & foueri: ratióque dictat, in huiuſmodi intemperaturis, maximam vaporum copiam à viſcere præcalido, & toto vaſorum ambitu ad caput ferri, dum ſcilicet in talibus ſanguis calidior & feruidior ad cerebrum euaporat, vnde capitis repletio & Rheumatiſmus: & qui huiuſmodi temperamentum ſunt nacti venas habent amplas, ſanguine abundant feruido, vaporali.

de ſa... tuent.

Poſteri medic contra lenum Ferneli

Veriſimile eſt igitur, his citò caput impleri & deſtillationibus citò tentari. Iam experimentis quotidie obſeruamus, calorem febrilem liquefacere humores, & diffundere in vapores: vnde ſæpè in acceſſionibus febrium tuſſicula, & cephalalgia, à vaporibus eleuatis à febrili calore. Ad hunc modum ab hepate calidiore ſanguis & vapores efferueſcentes per vaſa feruntur ad caput, præſertim imbecillum, aut intemperatum. Præterea qui ſunt hepate præcalido, ferè contingit, vt ſint ventriculo frigidiori, quod ſcilicet exuperantia caloris hepatis abſumat pinguedinem omenti, & muſculos abdominis graciliores reddat, vnde ventriculus imbecillius coquit: quòd non foueatur ab omento & carne muſculorum. Adde etiam, quod hepar præcalidum rapit à ventriculo cibos crudiores, trahítque præproperè ante perfectam ventriculi concoctionem: vnde magna copia crudorum vaporum, aut etiam mixtorum ad caput defertur.

...patis ...r i ...us & ...acitas ...let ce... ...rum ...poribus

---

An ſympathia & conſenſu ventriculi fiat Rheumatiſmus & deſtillatio.

CAP. V.

VEntriculus eſt cibi & potus receptaculum, & velut promptuarium quoddam, cuius in œconomia naturali maxima eſt dignitas, ſed neceſſitas multò maior. Dignitatem hæc inter cætera luculenter teſtantur, quòd maxima ſit illius, in totius corporis alteratione & immutatione

tione facultas : propterea Quintus Serenus regé appellauit,& Hippocrates ſect.4.lib.6.epid. dicit:qui ventriculo ſunt calido, carnes habent. frigidas, ſunt venoſi & iracundi: ventriculus enim exęſtuans chylum gignit nidorolentum & ſemiputrem, ex praua chyloſi non fit laudabilis hæmatoſis, impurum ſanguinem carnes non trahunt, ita ſuo genio & viuifico nectare defraudatæ, refrigerantur, quia tantum habemus caloris, quantum ſanguinis, venę autem impuro hoc ſanguine oppletæ turgent, hinc iracundia, accenſis & putreſcentibus ſuccis, prohibita tranſpiratione. Hæc ventriculi eſt dignitas: neceſſitatem verò his verbis diuinus expreſſit Hippocrates. Qualis terra arboribus, talis venter animalibus : vnde ſi vel minimum afficiatur, aut diuturna officij vacuitate reddatur ignauior, tota corruit ſtatim atque labeſcit naturalis œconomia. Sectione tertia lib. ſexti Epidem. ventris ſegnities omnium confuſio, vaſorúmque impuritas. Nam ventriculus eſt officina primæ coctionis cuius errorem ſequentes emendare non poſſunt, ventriculus frigidior, aut imbecillior ad concoquenda alimenta, vel ſi oneretur ciborum copia, laborétque ſæpè cruditatibus) accerſit deſtillationes, laceſſitque cerebrum, dum craſſos, nebuloſoſque vapores ſurſum attollit: atq. ita catarrhi & rheumatiſmi origo interdum fuerit, ſi non proxima & continens, ſaltem antecedens & corporea. Obſeruamus quotidie ventriculi & partium naturalium imbecillitatem gignere defluxio-

Gal. ad nem de ſ nit. tue da.

nes in vinolentis,in ſenibus à cibo ſomniculoſis, in quibus concoctrix ventriculi diminutè & languidè agens in cibos, creat flatus, & vapores craſſos turbidóſque:vnde rheumatiſmus: hac etiam ratione videmus litterarum ſtudioſos, & qui pertinaci & improbo labore ad artes ingenuas contendunt ῥευματιζομένους, nam iis ventriculus deſtituitur ſuo calore, aberrátque ab operatione naturali & ciborum concoctione:atque ita φιλομούσοις, & litterarum cultoribus capita implentur ſympathia ſtomachi, malè concoquentis. Súntque omnes hi muſis nimium ſacra facientes, excrementoſi more ſenum, propter frigiditatem cerebri accidentariam,qua tandem imbecillitatem contrahunt. Vnde paratiores ad recipiendos vapores è ventriculo:indéque fit in illis concurſus ac circulus quidam cauſarum mutuarum ac ſymptomatum,inter cerebrum & ventriculum ad deſtillationis generationem. Nam ventriculi frigiditas dum caloris inopia,cruditates,flatus,& vapores nebuloſos gignit cerebrum deſtillationibus opportunum reddit:Contrà à cerebro imbecilli & pleno deſtillant excrementa varia in ventriculum,vnde rurſus coctiones læduntur:fitque cauſarum quædam velut circulatio.

An lienoſi ſint deſtillationibus & catarrhis obnoxij.

CAP. VI.

HIppocrates, Mauritani, omnéſque ferè recentiores exiſtimant lienoſos, quíque habent ſplenem magnum, durum, inflatum, non moleſtari rheumatiſmo ac deſtillationibus: & contra καταῤῥώδεις, deſtillationibúſque ſubiectos, non incidere in tumorem lienis, hac ratione, quòd Galeni auctoritate & experimentis conſtet corporis excrementa ad partem imbecilliorem confluere, proinde ὀπλ... non tentari deſtillationibus: quod ſuperuacua ab omnibus corporis partibus ad lienem ferantur, nõ ad caput. Adde etiam quod in lienoſis humores ſunt craſſiores, quàm vt Rheumatiſmos à cerebro creare poſſint, vt pote cum à tenui excremento & liquido ferè excitentur. Proinde deſtillationibus parati, non fiunt lienoſi. A contrariis enim cauſis & humoribus excitantur, deſtillatio, & lienis tumor. Scio tamen complures lienoſos, in quibus ſplen magnus, durus, ſiue ob imbecillitatem expultricis facultatis, aut cõcoctricis, ſiue obſtructionem emiſſariorum lienis ad inteſtina & meſaræum, & alios ductus, aſſiduo moleſtari Rheumatiſmo, vel quod ſplen excremento frigido & acido tumeſcens, ventriculum premat & refrigeret: vnde imbecillitas, & tarditas concoctionis, cruditas, ructus moleſti, vaporũ craſſorum copia. Nam

6. epid.

2. de facult.

Deſtillatio & lienis tumor à cauſis contrariis.

quemadmodum agricolę fœcundas ſegetes lupinis circandant, vt allecto terræ amarore lætius dulciúſque euadat triticum ex aduerſo hepatis lienem conſtruxit Natura, vt expurgato fæculentis ſordibus hepate, & craſſa ac lutulenta ſuccorum illuuie hauſta, purior illuſtriórque reddatur ſanguis. Hac ratione ſplen riſus organum dicitur apud Viaticum: & Plato lienis hunc agnouit vſum, vt hepar ſpeculi modo nitens, atque perſpicuum ad imagines exprimendas redderet. Hoc depurādi ſanguinis munere ſi fruſtretur lien, mirum dictu eſt, quàm grauia inde emergant & ſuſcitentur ſymptomata. Nam & ſpiritibus tenebræ offunduntur, & tetra ad cor cerebrúmque effertur anathymiaſis, & liuet pallétque vniuerſum corpus: vnde Stratonicus cytharœdus in Caria dicebat ambulare mortuos, quòd lienoſi eſſent omnes. Traianus Imperator comparabat fiſcum lieni, quia vt aucto fiſco minuitur contrarium, ita aucto liene macreſcit totum corpus, viuidus color in plumbeum mutatur. Nec à ratione & vero alienum videri debet, ſi huiuſmodi lienoſi deſtillationibus moleſtentur, quia omnes ſplenici & melancholici ſunt ſputatores, ſiue ſaliuatores propter copioſam quantitatem ſeroſitatis. Video quoque σπληνικοὺς quoſdam perpetuo querulos ἀχρόυς & decolores, Rheumatiſmis & deſtillationibus adeo obnoxios, vt leuiſſima quaque occaſione minimóque ſenſu frigoris derepentè occurſantis capiti, aut pectori, grauedine, aut raucedine, aut alia deſtillatione:

ne corripiantur protinúſque fiant rauci, & tuſſiculoſi, ophthalmici & lippientes.

Cur tanta excrementorũm copia in capite humano congeratur : & cur animantium omnium homo deſtillationibus & Rheumatiſmis magis obnoxius, cùm omnium animalium homo ſit temperatißimus.

CAP. VII.

GAllinas in noſtrum orbem inuectas grauedine & Rheumatiſmo laborare audio. Oues quoque deſtillatione coriza & grauedine moleſtari ex Ariſtotele & ruſticorum obſeruatione, colligere licet. Et Columella oues pulmonum vitiis à deſtillatione aliquãdo tentari ſcripſit. At animalium omnium hominem Rheumatiſmis maximè eſſe obnoxium, omnes tum medici, tum philoſophi ſcripſerunt. Cuius rei variæ ab auctoribus cauſæ traduntur. Prima quod grandius cerebrum, corporis proportione, quàm cætera animalia homo eſt ſortitus. At cùm cerebrum natura ſua vt eſt pars ſimilaris, ſit frigidiſſimum, humidiſſimúmque, plurima colligat excrementa frigida neceſſe eſt : vnde frequens rheumatiſmus in homine. Sed quærat hoc loco fortaſſe aliquis, cur cerebrum, partem omnium nobiliſſimam, functiones habens nobiliſſimas, adeò frigidum natura crearit & omnino exangue, vt eſt pars ὁμοιομερὴς, cùm alias duas partes principes cor & hepar calidiſſimas condiderit. Ariſtoteles factum putat, vt ca-

Oues pituita [de]ſtillatio[ne] in pulm[o]nes tent[a]tur. lib.7.

libr.2. de par. ani[m]. cap.7.

lori cordis opponatur frigiditas cerebri ſupra-poſiti. Qua naturali frigiditate ſi fortè cereb. ű deſtituatur, videmus quotidie ſequi deliria, maniam, vigilias, pertinaces mentis læſiones, & grauiſſima alia ſymptomata. Cerebrum etiam eſſe frigidum cauſa ſomni. Hic enim obrepit à frigiditate cerebri, quod tanquam capitellum ſtillatitium in ſublimi ſede eſt locatum, vt vapores à viſceribus admittat. Nam quemadmodum vapor à terra calefacta exhalat, effertúrque in ſublime vi caloris, qui vbi ſuperum aërem ſubierit frigidum, conſiſtit, & in aquam propter refrigerationem commutatur, atque in terram defluit, ita à viſceribus euaporatio plurima in caput fertur, quæ cerebri frigiditate denſata refluit, caput grauat, caloréque ad intima refugiente, ſomnus obrepit, & quies ſenſuum: corpus tamen cerebri conditum & conſtructum eſt ad functiones animales, ſenſificas, motrices, principes edendas, & tot ſinibus excauatur, tot plexibus intertextum eſt ad ſpiritus animalis generationem, cuius præparatio in ſuperioribus fit ventriculis, elaboratio maior in medio, perfectio in poſteriori, nerui autem organa ſunt animalem ſpiritum & motricem ac ſenſificam facultatem deferentia. Cerebrum igitur ad nobiliores & diuiniores vſus creatum & conditum eſt quàm ad cordis refrigerationē.

...rus cerebri vſus.

Cauſa alia, cur homo animátium deſtillationi maximè ſit obnoxius traditur ab Hippocrate: quod ſcilicet homini caput ſit ſublime cauũ, & tanquam cucurbitula ſupra poſita viſceribus:

bus:à quibus tanquam capitellum ſupraposi-tum,vapores recipit, vt dictum eſt ſuprà : quos tamen plerumque coquere &reſoluere nequit. Huc accedit , quod homo ſolus animantium erecta baſi & ſpina , plantarum modo, rectus ſtat & incedit:vnde fit, vt à viſceribus calidis euaporationes plurimę recta via in caput ferantur, ſecus quá in aliis animalib. quæ ceruicẽ & caput magna ex parte prona tenent. Tertia ratio cur videamus inter animantia homines ſæpius laborare catarrho , erit quod terreſtria & volatilia animalia cibos capiant vt plurimum ſiccos, homo verò humidis magis quàm aridis veſci ſoleat , vnde excrementorum prouentus. Præterea caput hominis piloſius eſt quàm reliquum corpus,in cæteris animantibus contrà: Quod ſatis indicat, cerebrum hominis excrementis impleri, vnde rheumatiſmus, in aliis verò animalibus excrementa abſumi in corium, pilos,ſetas,cornua. Denique inter cauſas, quæ deſtillationes frequentius in homine cient, non minimam eſſe puto, errorem in ratione victus, circa vſum cauſarum ſalubrium. Nam quum animantes reliquæ in capiendo cibo & potu ducem naturam ſequantur , declinéntque alimenta & alia,quæ nocitura videntur, in nobis tam corruptus & effrænis eſt cibi & potionis appetitus,vt nec ſumẽdorum qualitatem, modum , horam decernere conſtituerέque poſſimus:aut ſi intelligamus, videamúſque meliora tamen deteriora ſcientes, prudentéſque ſequamur:& ciborum & potuum lenociniis victi,&

Ariſt.

blanditiis illecti, ſæpè ſine fame & ſiti, voluptuarij & liguritores, cibos frequenti patinarũ ordine appoſitos, capiamus: & cruda ſemicoctis ſæpe adiiciamus: & his cupediis, ac generoſo lenæo, lætificóque ſemiſepulti ſtatim ab epulis, in veternoſos ac lethęos demergamur ſapores: vnde vaporum & excrementorum in capite congeritur multitudo, exin cerebri imbecillitas, cephalalgia, Rheumatiſmus.

[Ce]rebrum [pe]r excre[me]ntis a[bu]ndet.

Ergo cerebrum ſubſtantia medulloſum, natiuo temperamento frigidum & humidum, cum pituitoſo alatur ſanguine, maximam inſita vi & natura propria ex alimentis ſuperfluis excrementorum copiam congerit. Sed & cùm caminus ſit vniuerſi, vt cucurbitulæ inſtar (cuius figuram refert ex amplo in anguſtum deſinens) inſideat trunco corporis, ſorbens trahénſque ab infernis exſpirationes omnis generis, vt docet Hipp. libello de Glandulis, non eſt dubium, quin vaporibus oppletum & aſſiduis eorum hauſtibus velut inebriatum, ſuperuacua multa in ſe contineat: adeò vt & per ſe, quia frigidum humidúmque, & ex euentu ratione ſitus editiſſimi, excrementis abundet.

[E]xcremen[ta] cerebri [du]orum [ge]neris, [cr]aſſa & [te]nuia.

Excrementa hæc cerebri, ſi Hippocrati & Galeno credimus, duorum ſunt omnino generum, alia ſunt tenuia, alia craſſa: illa vaporis & fuliginis inſtar, per ductus ferè inſenſiles exſpirant ſurſum: hæc per patentes & conſpicuos meatus deorſum expurgantur. Illis tenuioribus & vaporoſis abundat cerebrum, ratione tantùm ſitus: ſurſum enim conſcendunt halitus, & vaſa ad caput terminantur.

nantur. His craſſioribus ob frigidam & humidam temperiem, ſcatet magis quàm reliqua viſcera. Craſſiorum autem quædam ſunt pituitoſa, aquea ſeroſa, quædam bilioſa, quædam melancholica ex terrena alimenti portione caloris vi tandem aſſata generantur, propterea amareſcunt.

Craſſa quot ſint

Cauſarũm externarũm, Rheumatiſmi & deſtillationum paulò fuſior explicatio.

CAP. VIII.

OMnes concitant Rheumatiſmum, frigore & adſtrictione, exprimendo: calore, fundendo, eliquando excrementa: Motu vehementi corporis vel animi, agitando humores. Aquilo & aër frigidior, inter cauſas excitantes rheumatiſmum & deſtillationes eſt potentiſſima, præſertim his, qui ſunt rariori textura corporis. Tales enim per poros & ſpiracula corporis, & ſuturas capitis, & nares, rheumatiſmos & damnum valetudinis à flatu aquilonio occurſante capiti vel pectori, facilè incurrunt. Quare qui partibus ſolidis ſunt ſicciores, excremen tis tamen humidi, partéſque quaſdam habent imbecilliores. Aquilonis propinquantis vel iam ſpirantis noxas vix effugient. Hic auctor eſt grauedinis, raucitatis, odontalgias ſeu dentiũ doloris, deſtillationis in pulmones, phthoes, grauedinis anheloſæ, aſthmatis, catarrhi ſuffocãtis, orthopnœę, & omnis generis arthritidos.

Aquilo e[x] omnibus ventum frequentiſſimè ſpirat.

Mouet enim & deturbat humores à capite, exprimêdo frigore impellítque in inferiores partes imbecilliores. Nam quod manus premens est ſpongiæ humectatæ, id Aquilo eſt capiti excrementis pleno. Aquilo ſaluberrimus eſt quidem robuſtis, & qui bono & valido ſunt habitu, iuuenibus humidis, euchymis, & qui firmas partes omnes corporis ſunt ſortiti: Contra inſaluberrimus iis, qui ſunt deſtillationib. opportuniſſimi. Illud hoc loco non omittêdum, poſt auſtrum flare ſemper Aquilonem, non contra: Quare qui deſtillationibus ſunt obnoxij, facilè ſibi cauere poſſunt, ab Aquilone flante auſtro, & cauſa victus ratione damna inſtantis & futuri Boreæ anteuertere.

al. in aphor. Aquilonis commoda & incommoda. vide lib.3. aphor.

Auſter mouet deſtillationes & rheumatiſmos, dum fundit & liquat excrementa & humores capitis ſuperuacuos. Aduerſatur autem maximè iis qui capite ſunt calido humido. Hos reddit καρηβαρικὺς, pigros, graues, languidos ῥευματιζομένους, quæ omnia ſymptomata contingunt, ob adauctam & fuſam excrementorum capitis multitudinê. Mutationes repentinæ Auſtri ad Aquilonem pariunt morbos. Meridianus æſtus, ſolque feruidus, & ambulatio longa ſub ſole, præſertim à cibo copioſo, rheumatiſmos ſuſcitat in iis maximè, qui apricari non conſueuerunt, nec fuerunt inſolatum, ob capitis imbecillitatem.

Auſter fundendo & liquando humores deſtillationes facit. Auſtrini flatus nocuas, lege apud Hippocr. lib.3. aphor.

Laconicum, ſiue hypocauſtum, vtrumque & ſiccum, & humidum, ſi intempeſtiuè adhibeantur, præſertim in homine crudo, & vbi magna

Stuphas & vaporarium vocant.

ſubeſt

ſubeſt viſcerum, aut partis alicuius imbecillitas eſt aduerſiſſimum. Nam liquati humores, in partem debiliorem deſtillant.

Solium, ſiue balneum aquæ tepidę aut calentis, interim etiam calidioris quali ſolent vti puerperæ, ſi parum tempeſtiuè adminiſtretur, humores & excrementa liquefacta in partes imbecilliores deturbat, caput vaporibus implet, & deſtillationibus opportunum reddit.

Gal.3. nit.tuei & Met

Exercitatio quoque, aut potius labor & motus ſtatim à cibo copioſo, pleno & crudo ventriculo, deſtillationes, & cacochymiam parit. Nam ſuper calefactis viſceribus, vapores in caput feruntur. Vnde capitis repletio, & mox deſtillatio, hinc etiam obſtructio viſcerum, icterus, & fœdus color.

Motus tempeſt saltatio nes labo rioſæ ſt tim à bo.

Crapula, frequens cruditas, vinolentia, ciborum helluatio & ingurgitatio caput implent, debilitant, obnoxiúmque rheumatiſmo reddunt. Videmus enim vino & crapulæ aſſuetos, lippientes, oculorum rubore ſuffuſos, lachrymoſos, tremulos καὶ ῥευματιζομένους: in quibus pallor, genæ pendulæ, caput graue βράγχος, Coryza.

Crudit eſt mat morboru

vide Pli lib.14.

Vina generoſa, vinoſa, vaporoſa, immodica, meracia, capiti calido aut imbecilli aduerſiſſima. Caput enim feriunt, ac implent vaporibus: vnde Rheumatiſmi. Bibere etiam ſtatim primis epulis, deſtillationes concitat, nam hepar calfacit & caput citius implet, aromata, allia, raphanus, cepæ, radices omnes, legumina tum recentia, tum vetera, braſſica, eruca, acetaria

cruda, hæc omnia negotium faceſſunt ſtomacho,& caput implent craſſis & nebuloſis exhalationibus.Vnde

Alimenta omnia,ſiue carnes,ſiue piſces, quæ ægrè coquuntur, pariunt cephalalgias & deſtillationes.

Somnus meridianus, aut aliâs ſtatim à cibo copioſo,& diuturnus, ac præter conſuetudiné, caput vaporibus implet & graue reddit, deſtillationéſque concitat.

Statim ab epulis,ſtudio litterarum incumbere & pertinaci labore totas noctes libris immorari ventriculum refrigerat, concoctionem interturbat,caput vaporibus crudis,craſſis,nebuloſis implet.Hinc ſtomachi cruditates,rheumatiſmus & deſtillatio.Nam mentis perpetua cõtentione, & immodicis vigiliis cerebrum infirmatur:alimentum proprium deterius imbecilliúſque coquit, plus excrementorum colligit quàm reſoluere queat.Hinc ſępe videas φιλομαθεῖς καὶ φιλομούσους ſeu ſtudioſos pallidos, tuſſiétes, ἀχρόους ῥευματιζομένους, & ante tempus venire ad canos,frigeſcentémque ſenectam.

...nimi pa- ...emata ...rcellunt ...rebrum, ...infir- ...ant, a- ...ant hu- ...ores,ex- ...ltricem ...itant.

Ira excandeſcentia,vociferatio magna, vehemés animi cõtentio,effrenatiores animi perturbationes,ac παθήματα quibus tanquá procellis més iactatur,caput ac cerebrũ mirè lędunt,debilitant, ac vaporibus feriunt ac implent, vnde catarrhi & defluxiones. Vidi quoſdam tam feroci excandeſcentia emotos, & raptos, vt in apoplexiam, alios in paraplegiam, aut paralyſim,raucitatem, catarrhum ſuffocantem inciderint,

derint, deturbato ſcilicet & agitato humore excrementitio cerebri in partes ſubiectas.

Ratio victus humidior, vt iuſculorum & iurulentorum: adhæc ceraſorum, prunorum, malorum, & fugacium fructuum, lactucarum & olerum, piſciúmque immodicus vſus, potio frequens vini vel aquæ & pitiſſatio rheumatiſmos gignunt, quod ſanguinem ſeroſiorem & magis fluxilem efficiant, & ſuperuacua excrementa frigida humida relinquāt, quæ ſunt materia & ſeminaria deſtillationis, vnde caput dicit ventriculo, Deſine fundere, & ego deſinam fluere.

Verſari diu ſub dio in aëre ſerotino, die crepuſculaſcente, catarrhos & rheumatiſmos acceſſere à pleriſque creditur. Tum enim neſcio quid roſidum è cœlo decidit in aërem inferiorem, quod capiti aduerſiſſimum. Et teſtimonio Ariſtotelis, die ſero crepuſculaſcente, & in aurora, frigus rorulentum fit amplius quàm nocte intempeſta: quoniam ſole diſcedente & mane die inſtante, ros tum cadit atque pruina, quę frigida ſunt.

Frigus ſ rotinum rorulent Ariſt. in problem.

De temperamento cerebri.

CAP. IX.

Conſentiunt in hoc Medici & Peripatetici, cerebrum in actiuis qualitatibus eſſe frigidum, in paſſiuis humidum. Diſſentiunt in eo,

quòd Ariſtoteles 2. de partibus animal.cap.7. & c.5.de ſomno & vigilia, cerebrum actu frigidum ſtatuat & refrigerandi cordis gratia conſtructum. Medici contra, actu calidum eſſe velint. Nam Galenus 8.de Placitis Hip.& Platon. Cerebrum quouis ambiente aëre etiam æſtiuo calidius dixit. Sunt qui Ariſtotelem cum Galeno ita concilient, vt duplex ſit cerebri temperamentum, alterum inſitum, influens alterum. Inſita temperie, propria compoſitione & ſubſtantia medullari frigidiſſimum ſtatui debet, influente verò calidum: eſt enim ſpiritibus perfuſum, & arteriolis quamplurimis intertextum. Si innatam ſpectes temperiem, eadem eſt cerebri & ſpinalis medullæ temperies, quia eadem ſubſtantia medullaris: ſi influentem, cerebrum ſpinali medulla calidius dicitur cap.9. lib.2.de temp.pertingentibus, quippe eò arteriis copioſioribus, ſimúlque attollentibus ſe eodem fumidis exhalationibus. Dicũt quidam cerebrum abſolutè & ſimpliciter calidum eſſe, ſed frigidũ dici comparate: eſt námque viſcerum omnium frigidiſſimum. Et Galenus in arte Medica cerebrum quantumuis calidum frigidiſſimo corde frigidius eſſe ſcribit. Qua ratione Hippocrates libello περὶ ἀδένων cerebrum appellat μητρόπολιν τοῦ ψυχροῦ, hoc eſt, ſedem frigidi. Verum nõ probatur nobis opinio hæc. Nam ſi cerebrum frigidius eſt cute, quæ medium obtinet extremorum, debet potius frigidum dici ſimpliciter, quàm calidum. Eſſe autem cute frigidius docet Galenus 2. de temp. obiicies nudatum cerebrũ ab

...ncilia-...Ariſto-...is.

An cere-...um cute ...igidius.

...biectio.

ab aëre ſtatim refrigerari, cutem verò ab ambiente non affici. Dico alterari cerebrum, quia aëri non aſſuetum vt cuti, ſic dentes aëri aſſueti non liueſcunt vt reliqua oſſa denudata: vel etiam cerebrum tactu cute eſſe calidius, quia calua tegitur & membranis arteriarúmque plexus habet quamplurimos. Statuatur ergó cerebrum innata temperie cute frigidius, influente calidius. Frigidum autem eſſe decuit, ne accenderetur membrum perpetuæ cogitationi dicatum, ne ſpiritus animales tenuiſſimi euaneſcerent, & ne temerarij eſſent motus ac ſenſationes deliræ, quales ſunt phreneticorum. Obiicies inſuper ſi cerebrum frigidum eſt, quomodo animales gignit ſpiritus, & vitales attenuat: hæc enim valentiſſimi caloris ſunt opera. Dico attenuari ſpiritum in plexibus arteriolarum, & in illis viarum anguſtiis, animalem verò fieri non tam manifeſta qualitate, quàm inſita & latente proprietate. Cur autem cordis calidiſſimi ſpiritus craſſiores ſint, quàm cerebri frigidiſſimi, id non agentis caloris imbecillitatem, ſed ad patientis, materiæ ſcilicet diſpoſitionem, referendum putamus. Cor ſpiritus gignit vitales ex ſanguine per venam cauam delato, cerebrum animales conficit ex vitali tenuiſſimo. Sic debilior calor tenue & εὔπεπτον alimentum coquet, validior craſſum vix conficiet. Sit ergo in actiuis qualitatibus cerebrum frigidum. In paſſiuis humidum eſſe nemo dubitat, & inſita & influente temperie, molle ſiquidem tangenti apparet. Creatum eſt au-

Solutio.

Cur frigidum eſſe decuit cerebrum.

Obiectio.

Reſpon.

Cur ſpiritibus cordis calidiſſimi craſſiores ſint animalibus.

Cur

tem à natura humidum, tum ad perfectiorem ſenſionem, fit enim ſenſio paſſione: at humida facilius rerum imagines & ſpectra ſuſcipiunt: tum ad exortum & propagationem neruorum, qui ob duritiem flexiles non fuiſſent, tum ne duritie & pondere nimium grauaret, poſtremò ne inflammaretur membrum perpetuę motioni, ſenſioni & cogitationi dicatum. Eſt autem (ſi vtramque qualitatem inter ſe conferas) cerebrum humidius quàm frigidius: nam inter partes humidas tertius huic ordo debetur, inter frigidas ferè poſtremus.

n crea n eſt brum.

De natura cauſæ continentis, & excrementi fluentis in Rheumatiſmo.

CAP. X.

DE natura, qualitate, conſiſtentia humoris defluentis in catarrhis & rheumatiſmo, non vna eadémque eſt inter medicos ſententia. Nam Fernelius noſtræ memoriæ acutiſſimus, celeberrimúſque medicus, deſtillationum ac rheumatiſmorum omnium cauſam vnicam continentem facit, humorem ſcilicet pituitoſum tenuem: vel ſeroſum, ſed omnino frigidum. Opinionem ſuam veriſimilem facit hac ratione, Cerebrum omne, vt eſt pars ſimilaris, frigidum eſt & humidum: ſi ſpectes id, quod in mixtura pollet, & collatione facta ad partem temperatiſſimam, oportet autem excremẽtum cerebri reſpondere & imitari naturam & tempera-

ſiones ne'lij pro- n om- s deflu- n: ſeu llatio

peraturam partis, cuius eſt excrementum. Erit igitur cerebri excrementum pituitoſum, aquoſum, liquidum, aut ſubdulce, vel modicè ſeroſum. Adde etiam opinioni Fernelij, quod in capitis diſſectionibus nullum aliud in ſinibus & ventriculis cerebri excremétum inuenias, præter dictum humorem ſeroſum & tenuem, pituitoſúmque, atque hac argumentatione colligere poſſumus, cuiuſcunque deſtillationis & rheumatiſmi cauſam continentem & proximá materiámque defluentem eſſe frigidam, aquoſam, ſeroſam, tenuem. At Galeni, Pauli, Aëtij ſcripta, ſententiæ & opinioni Fernelij apertè repugnant. Nam Galenus ſexto ſanit. tuendæ, deſtillationum à cerebro in partes ſubiectas, aliam frigidam facit: aliam calidam acrem & erodentem: & vtrámque ferri ſæpè in fauces, gulam, ventriculum, vel guttur, laryngem, arteriá aſperam, pulmones: & pro caliditate, aut frigiditate humoris defluentis, varia excitari ſymptomata. Nam ſi frigida ſit defluxio, excitabit δυσπεψίας, cruditates, ructus acidos: ſin calida, ructus creabit nidoroſos, fœtentes, appetentiá deiiciet. Eadem ſcribit Aëtius lib. octauo capite de catarrho, & Paulus lib. 3. Arabum etiam ſchola poſteriórque omnis medicina, in rheumatiſmis & catarrhis humorem deſtillantem, alium frigidum faciunt, alium calidum: & modò tenuem, modò craſſum, viſcidum, glutinoſum. Nunc dulcem, inſipidum, ἄποιον, aquoſum, acidum; Nunc ſalſum, amarum, acrem, erodentem.

ne hu- rem e- frigidu- tenuem

Galeni Arabu- opinio traFer- lium.

Pro Galeni & Arabum opinione, illud obiter adiiciam,in intemperaturis & morbis calidioribus gigni in cerebro excremētū calidius & acrius:& vapores à viſceribus aliquando pręcalidis & æſtuantibus mitti feruidiores : qui miſti recremētis ſuperuacaneis cerebri ea reddunt calore,vel putredine,vel miſcella,acriora, mordacia,ſalſa. Ad hæc ſi vrina,ſanguinis ſerū, in homine bellè valēte,ſufflaua eſt & moderatè ſubſalſa,calore tamen febrili, vel intemperatura calidiore hepatis,vel renum, aut generis venoſi, fit acrior magíſque nitroſa & amaricans, adeò vt mordaces ſint vrinæ,cur non excremētum ſeroſum cerebri,à ſimilibus cauſis nō alleuabitur,qualitate,colore,& cōſiſtētia?Nec hac in parte per incuriam,illud omiſero,excremēta cerebri in ipſa defluxione ac decurſu,longa viæ mora incraſſari,& qualitate, cōſiſtentia, ſapore mutari. Pituita enim frigida,tenuis,aquoſa,in cerebri ventriculis, deſtillādo ſenſim in arteriā aſperam,& bronchia pulmonum, in ipſo prolapſu fit craſſior,ſalſa & calidior,ad flauitiē,aut virorem mutata. Idem cōtingit muco narium, & pulmonum excrementis. Putat Argenterius aqueum & mucoſum humorem, qui per nares & palatū excernitur,proprium nō eſſe cerebri excrementū, quod multi pituitā nec expuāt nec emungāt:ſed humorē eſſe vult in hepate genitū,cum ſanguine mixtū, & in venis contentū, qui non in cerebro ab alimēti coctione generationē habeat,ſed eò feratur,& cum ob imbecillitatē coctricis,aut intēperiem frigidā à cerebro

...r Ar- ...erij ...pitui- ...cere- ...xcere- ...is.

aſſumi-

aſſimilari nequeat,tanquã redundans & ſuperfluus per os & nares excernatur. Quæ ſi vera ſunt, quorſũ in ſella ſphœnoïdis ſubſternitur glans carne poroſa & bibula? an nõ hęc illuuiei excipiẽdæ à natura data, quę in omni cerebro, quantumuis temperato reperitur? non ſolet ſagax & prouidens Natura temerè quicquã conſtruere. Eſt mehercule in doctrina Argenterij nullus & infundibuli & glandulæ pituitariæ in cerebro tẽperatiſſimo vſus. Præterea falsò imponit nobis,temperatos pituitam nec expuere, nec emungere vnquam:nam Galenus c.13. Artis paruæ,docet in cerebro temperatiſſimo excrementa,quę per nares & palatum expurgantur, (eiuſmodi autẽ ſunt aquea & mucoſa) modicè ſe habere: nec ſanè perfectæ ſanitati tribuendũ putamus,quod nihil vnquam per palatũ & nares excernatur. Sunt igitur (quicquid dicat Argenterius) pituitoſa hæc & mucoſa,propria cerebri excrementa cùm proprios habeãt helices & canales,per quos expurgantur,huic ſoli euacuationi dicatos. His de excrementorum cerebri differentiis ita conſtitutis, videamus nunc per quos ductus ſingula expurgentur.

Falſa ſtruit Argenterius.

Quibus meatibus & viis deſtillet humor à capite in partes ſubiectas. CAP. XI.

IN rheumatiſmo excrementa & humor ſuperuacaneus capitis,deſtillant aliquando à ventriculis cerebri, per choanẽ ac infundibulũ ad foramẽ palati,in os,fauces,gulã,guttur,arteriã, pulmones: vnde ſymptomatũ & morborũ varię

differétiæ ac genera paulò antè ſcripta. Aut decurrunt excrementa capitis & cerebri, à ſpatio intra cranium & meninges ex iis locis, quæ ſub calua ſunt: fertúrque humor excrementitius defluens in interiores etiam corporis ſedes, modò in neruorum origines eas obſtruēs, vel comprimens, irrigans, reſoluens: vnde apoplexiæ, paraplegiæ, paralyſes, tremor, ſtupor: modò in ſenſuum organa, hinc cæcitas, hypochyma, ſurditas derepente, aut grauis auditus. Sæpe verò in ſummo capite extra caluam, ſub cute verticis, humor ſeroſus multus colligitur, qui præ cutis denſitate foras vaporare & difflari non poteſt. Hic à vertice per ſumma corporis, ſub cute laxa modo ἠρέμα, modo ἀθρόως in partes ſubiectas, dentes, ceruicem, ſcapulas & brachia, digitos, coxendicem, ſpinam, denique in omnes articulos. Sunt qui etiam exiſtimant humores & excrementa defluere à capite per occultos cæcóſque ductus in partes dictas. Corpus enim eſt confluxile. Hoc loco illud quoque attexam, deſtillationem ac rheumatiſmum propriè veréque dici de excrementis cerebri defluentibus in loca ſuppoſita per vias amplas & laxas, vt per infundibulum ad foramen palati, per œſophagum in ventriculum, arteriam aſperam, in pulmones: aut per vias ſubcutaneas, aut cæcos meatus in articulos. Atque eiuſmodi excrementa cerebri ſeroſa, aut pituitoſa, liquida, materiam ſcilicet deſtillationum, rarò aut nunquam gignere tumores, præſertim qui ſuppurentur vt ex podagra, chyragra, aliiſque arthritidibus:

tidibus intelligere licet. At fluxiones ſuccorum & ſanguinis, quæ fiunt per venas & arterias in partem imbecilliorẽ, faciúntque phlegmonas, & alios tumores præter naturam, non dicũtur rectè catarrhi nec rheumatiſmi, vt initiò diximus, ſed nomine cõmuni fluxiones: quæ differũt à rheumatiſmis, materia, loco & ortu, ac via, qua decurrunt. Galenus enim 13. methodi tumores omnes præter naturam fieri à fluxione ſanguinis per vaſa in particulas imbecilliores ſcriptum reliquit: at ſexto ſanit. tuendæ, fluxionem capit pro deſtillatione excrementorum à capite in partes ſubiectas.

Tenuia excrementa, quomodo & per quos ductus expirent.

Excrementa tenuia & fuliginoſa cum ſua leuitate ſuperiora petãt, per meninges, craniũ & cutim exſpirant: per meninges quidẽ & cutim non aſpectabili, ſed inſenſili ductu, eſt enim earum corpus in viuente multis foraminulis peruium. At oſſis craſſitiem & denſitatẽ cùm permeare non poſſent fuligines, ſuturis diſtinctum eſt cranium & cauernulis diploë ſinuatũ. Craſſiora autẽ excremẽta cum naturali forma deorſum ferri debeant, cõſpicuos canales habuerũt: de quib. non ſatis conſtat inter Medicos. Hipp. libro de locis in homine, & libello de glãdulis, ſeptẽ agnoſcit ductus, per quos fluit è cerebro humor, per aures, oculos, nares, palatum, in guttur & gulã, per venas in medullam ſpinalem & in ſanguinẽ. Galenus c.13. Artis paruæ quatuor ſtatuit canales, palatũ, nares, aures, oculos. Idem ſentit ca.3. lib.2. de loc. affect. & primo de ſanit. tuenda. Sed commẽtariis in Aphor. 21. ſect. 1. pa-

Craßiora per quos ductus e[xpurgen]tur,

Septem ductus apud Hipp.

Galenus varia ſe[n]tit.

latum & nares numerat tantùm, vt & c.1.lib.9.
de vſu part. Decliues, inquit, cerebri meatus tùm
per palatum in os, tum per corpus narium con-
ſpicuis ac magis orificiis, craſſa eructant excre-
menta. Primo de ſympt. cauſis & 8. de vſu part.
ſolum palatum vult eſſe idoneũ expurgationis
locum, dum animal bellè coquit: nares autẽ ob
aëris & odorum ſpirationem tantum. Com. ad
Aphor. 24. ſect. 3. expurgationẽ per aures alienã
à natura ſcripſit, puerulis exceptis, quibus per
aures cerebrũ expurgatur com. ad Prog. 20. ſect.
1. expurgationẽ per oculos nõ vult eſſe natura-
lem. Ita varia videtur ſenſiſſe Galen. de ductib.
onciliantur Gale- loci. excrementorum cerebri. Nos vt diſſentiẽtes lo-
cos conciliemus, & quid verè ſtatuẽdum ſit li-
berè profiteamur, exiſtimamus varia cerebri
excrementa pituitoſa, bilioſa, melãcholica, per
varios ductus expurgari: eorũ autẽ alios eſſe or-
dinarios, naturę maximè familiares & cõſuetos,
uctuum alij ordinarij, alij traordinarij. alios extraordinarios, nec ita cõuenientes. Ordi-
narij ductus pituitæ expurgãdę dicati, ſunt pa-
latũ & nares, magis tamẽ palatũ quia nares pri-
mario ad odoratũ cõſtructæ ſunt. Docet Anato-
me à tertio cerebri ſinu ductum ferri cõſpicuũ
ad anteriorem cerebri baſin, in cuius extremo
tenuis membranę portiuncula quędã primum
latior, deinde anguſtior, infundibuli inſtar, con-
ſpicitur, πυελὸν καὶ χοάνην Græci, Latini peluim
& infundibulũ vocant, per quod ſenſim pitui-
toſus humor, tãquam per Hippocratis manicã
colatur: aqueum hunc humorẽ excipit glandu-
tuita ctus. la pituitaria ſpongiæ inſtar, quem tandem per
cunei foramina pedetẽtim in palatũ & os inſtil-

lat. Quod ſi aliquádo ſuperiores cerebri ventriculi mucoſa illuuie affluát, ſtillat per tubercula mámarũ papillis ſimillima in oſſa cribri forma & nares. Bilioſa per aures expurgát̃ cõtinuò. Philoſophátur aũt quidá ideò reiici bilioſa per aures, vt calore & ſiccitate tueátur auriũ oſſa p̃ ſiccitate ſonora, pituitoſa verò p os & nares expurgari, vt patuli illi meat⁹ ea humiditate ꝓhibeátur ſiccari. Hi ergo canales ſũt ordinarij & familiares, p quos cerebri excreméta naturaliter expurgant̃. Sũt alij duct⁹ extraordinarij, per quos cerebrũ humoris copia oppreſſum interdũ ſeſe exonerat: eiuſmodi ſunt oculi, ſpinalis medulla, & nerui, vnde paralyſis: fit nónunquá per venas & arterias humorũ decubitus in parotidas. Verũ nó ſunt hæc peculiaria cerebri, i. medullaris ſubſtátiæ & ventriculorũ excreméta, ſed vaſorũ potius, vt venarũ & arteriarũ, à quib. glandularũ tumores, ophthalmiæ, auriũmq. inflámationes. Cæterũ excreméta hæc in cerebro téperato moderatè ſe habét in ſubſtátia, quátitate, qualitate & excretionis tépore. In ſubſtantia, quia nec nimiũ craſſa, nec nimis fluida ſunt: in quantitate, quia ſua copia nó luxuriant: in qualitate, nec acria nec ſalſa: in tépore, ſi à coctione excernát̃. Vnicus ſupereſt nunc eximédus ſcrupulus, per quos ductus cerebelli & quarti ſinus ſuperflua expurgentur. Dicamus quarti ſinus & cerebelli pauca eſſe excreméta, tum ob cerebelli duritiẽ, tum quia in eo ſinu ſpiritus tenuiſſimi, ſinceri & omnino expurgati continentur. Itaque pauca quæ congeruntur ſuperflua, facilè digeruntur. Anterius autem cerebrum quantitate

Bilioſa per aures.

Ductus extraordinarij.

Per quos ductus cerebelli & quarti ſinus ſuperflua expurgẽtur.

maximum & temperie humidiſſimum ſuperuacua multa congerit, quæ per conſpicuos canales expurgari debent.

Differentiæ Catarrhi.

CAP. XII.

ffer ētia auſa. SEquuntur differentiæ catarrhi, inter quas illæ ſunt notandæ, quæ ſumuntur ex cauſis vnde catarrhus calidus vel frigidus, ſecundo à *copia, teriæ.* copia & quantitate materiæ, etenim quædam eſt pauca, quædam mediocris, quædam multa, adeo vt quandoque periculum immineat ſuffocationis. Tertio ſunt differentiæ ex qualitate *qualita mate-.* deſtillantis materiæ, quæ multis modis poteſt conſiderari, nam alia eſt calida, alia eſt frigida, alia tenuis, alia craſſa: ex colore alba, flaua, liuida, nigra, ex odore quædam fœtet, quędam caret odore: ex ſapore alia eſt dulcis, alia amara, alia ſalſa, alia nullum refert ſaporem: ex forma, *modo tionis.* alia rotunda, alia liquida. Quartò ſunt differentiæ ex modo quo materia eiicitur: námque alia cum tuſſi, alia cum vomitu, alia cum ſcreatu, alia cum ſimplici expuitione: qui quidem varius modus manifeſtè varios locos indicat, in quos cadit deſtillatio: ſiquidem quęcunque ore exeunt vomitione, ex gula & ventriculo, tuſſi ex partibus reſpirationi ſeruientibus: ſcreatu ex faucibus & gurgulione, ſimplici expuitione, *modo neratio-* ex ore ſolent deduci, vt docet Gal. 4. de locis affect. 7. Quinto ſunt differentiæ à modo generationis,

tionis, deſtillatio alia fit cerebro primum laborante, alia per conſenſum aliarum partium. Cerebrum primario laborat intemperie ſicut diximus, per conſenſum autem vel totius corporis, in quo ſanguis vniuerſus vitioſus continetur, vel per conſenſum determinatæ partis, ac potiſſimum ventriculi, iecoris, vteri in mulieribus, ex quibus frequenter plurimi humores & vapores in caput feruntur, & deſtillationes contingunt. Sexto ſunt differentiæ à tempore. Catarrhus alius recens, alius antiquus. Poſtremo ſunt differentiæ à coniunctis, deſtillatio vel eſt cum febre, vel ſine febre, in corpore vel boni habitus & robuſto, vel extenuato & debili: in ſeniore, vel iuuene, & ſic de cæteris, vel catarrhus eſt multiplex, materia quidem ſubtilis, craſſus vel mediocris: qualitate acidus, acris, efferus, præſuffocans, vel mitis: temperamento calidus vel frigidus. Subſtãtia ſimplex, vel mixtus, pro qua varietate, varios quoque & omnis generis morbos catarrhi pariunt. Quo loco notandum eſt, huiuſmodi omnes differentias vel ad cognitionem vel ad prognoſticum, vel ad curationem eſſe quàm maximè vtiles. Exempli gratia, ſi materia deſtillans fuerit tenuis & ſalſa, calidam cerebri intemperiem indicat, neque magno caret periculo: contra ſi ea craſſa fuerit, inſipida, intemperiem frigidam & longè minus periculum ſignificat. Si catarrhus fuerit in valdè ſenibus, ex 2. Aphor. 40. nullá recipit curationem. Si fuerit cum febre, omnes ſecant venam: quod item de cæteris differentiis facilè eſt

A tẽpore.

A coniunctis.

Catarrhus multiplex.

colligere & demonſtrare.

Signa Catarrhi.

Cap. XIII.

Signa catarrhum demonſtrantia ſunt patientis diſpoſitio, ſternutationes ſæpius reiteratæ, pruritus & quædam titillatio ſenſata in naribus, vel gutture, ſecundum quod materia fluit ad vnam, vel ad aliam partem.

Signa catarrhi calidi ſunt, quia membra, quę fluxionem ſuſcipiunt, incaleſcunt: acris, tenuíſque humor deſtillat & per nares, & per os: facies rubeſcit & naſus, intumeſcitque (vt Paulus refert) interius etiam quandoque exulceratur ſimul cum reliquis partibus ad quas calidior & acrior fluxio decumbit, patientem ferè ſemper febris comitatur, & ea minimè iuuatur: quod ſi fronti, capitique manum admoueas manifeſtum, extraneúmque calorem ſenties, quare ſi ætas temperamentum, habitus, anni tempus, regio, aëris conſtitutio calidæ fuerint, tertium catarrhum eſſe calidum ſignificabunt.

Signa catarrhi frigidi ſunt capitis grauitas, extenſio citra calorem, ac mordacitatem, citra oculorum, & faciei rubedinem.

Item precęſſere nonnulla à quibus facilè caput repleri frigidis humoribus potuit, vt nimia repletio, & præſertim frigidorum alimentorum, ac potuum, aut frequentes cruditates aſſumptorum ciborum, qui dum in ventre indigeſti

geſti perſeuerant, malos ad caput mittunt vapores. Pariter ſigna ſumuntur à ſapore & odore ipſius catarrhi, nam ſi fuerit ſaporis amari, acuti, aut ſalſi, ſi fuerit fœtentis & mali odoris ſignificat caliditatem. Si fuerit ſaporis acidi, inſipidi, ac ſubdulcis ſignificat frigiditatem. Item ſigna ſumuntur à iuuantibus & nocentibus, vt ſi febris ſuperueniens, & calida adhibita iuuant, eſt frigidus: ſin contra eſt calidus.

Item à colore, nam ſi quod fluit, fuerit coloris lutei, aut ſubrubei arguit caliditatem, ſi verò albi abſque ſalſedine aliqua, frigiditatem, ſi fuerit coloris nigri ſine dolore frigiditatem, ſi cum dolore caliditatem, verum nigredo à frigiditate eſt opaca, à caliditate eſt lucida.

Vel catarrhus frigidus dignoſcitur tum ex antecedentibus, temperie, ætate, regione, cæli conſtitutione, & viuendi ratione frigidioribus & humidioribus, tum ex conſequentibus capitis grauitate, diſtentione & frigiditate, faciei pallore, ſopore, ad motus voluntarios, pigritia, mentis torpore, viſu ſolito caliginoſiore, auditu hebetiore, voce obmurmurante, & vrinis crudioribus.

Calidum contrà catarrhum arguunt calida temperies, ætas, regio, cæli conſtitutio, victúſque ratio: tum capitis calor & dolor, facies, oculíque rubentes, decumbens humor acer fauces exaſperans, ac interiores oris partes, naréſque exulcerans, ſalſus ſapor, inappetentia, ſitis, febris & vrinæ magis coloratæ.

Signa catarrhi idiopathici ſeu primitiui, vel

per propriam eſſentiam in capite ſunt, quia continuò infeſtatur, neque cæterorum membrorum adſunt ægritudines, à quibus fomitem habere poſſit.

Signa catarrhi per ſympatheiam, vel per deuteropatheiam, ſeu per conſenſum à toto, ſunt totius nocumenta vt febres, in quarum paroxyſmis catarrhus augetur, ipſis recedentibus minuitur, ipſis ablatis remouetur. Per conſenſum à membro particulari, vt ventriculo, hepate, ſplene, matrice, ſigna ſunt, quia talis membri aucta læſione, augetur catarrhus, diminuta diminuitur, & ablata aufertur.

De Catarrhi prognoſi.

CAP. XIIII.

SI ex capite in nares deſtillet humor, leue eſt malum: ſi in fauces peius: ſi verò in pulmones peſſimum, nam exulceratio pulmonum periculoſa eſt.

Cunctæ deſtillationes breues ſi neglectę fuerint, longæ eſſe conſueuerunt, nihilque peſtiferum, niſi ſi quandò pulmonem exulcerarint. Inde enim tabes, corporiſque conſumptio. Celſus.

Raucedines & grauedines in valdè ſenibus coctionem non admittunt: ac propterea ipſos ſenes ferè comitantur ad mortem, vt alia morborum genera quæ ex frigidis humoribus ortum habent, quòd facultas eorum imbecilla materiam concoquere non valeat. Hipp. Aph.

40. lib.

40.lib.2. & Gal. Grauedini & raucedini febris ſuperueniens,ad earum concoctionem non inutilis.Hipp.6.epid.

Catarrhum ſæpius incurrentes à periculo tuti non ſunt. Variis enim obnoxij ſunt ægritudinibus magna ex parte funeſtis. Deſtillatio quippe in neruorum originem affatim irruẽs, minatur apoplexiam,& paralyſim aut conuulſionem,in neruos opticos & auditorios cęcitatem & ſurditatem, in articulos arthritidem, iſchiadem,chiragram,gonagram, podagram, in pulmones peripneumoniam,phthiſim,aſthma, dyſpnoian,orthopnoian,ſuffocationem,in ventriculum cruditatem,lienteriam, dyſenteriam, præſertim ſi ſalſa ſit,in laryngem anginam,repentinámque ſuffocationem , in pleuram per venas affluens pleuritidem , in maiores venas putridam febrem.In dentes,ſcapulas,renes, veſicam,aliáſque internas externáſque partes decumbens ingentes ſæpè illic dolores excitat.

Deſtillationibus ij magis expoſiti ſunt, quibus cum iecore calidiori cerebrum,nimioperè frigidum,humidum,imbecillúmque eſt.

Graciles deſtillationibus magis obnoxios eſſe conſtat , & frequentem deſtillationem in corpore gracili & procero,tabem minari: nam poſt maximas deſtillationes tabes oritur , vt Celſus annotat.

Autumnale tempus deſtillationibus valdè opportunum eſt, propter frequentes cœli mutationes.

Si æſtas ſicca fuerit,& aquilonia, autumnus

verò pluuioſus & auſtralis, tuſſes, raucedines, atque grauedines; quibuſdam autem tabes fiunt. Hipp. lib. 3. Aphor. 13.

Curatio vniuerſalis Catarrhi, Rheumatiſmi ac defluxionis.

CAP. XV.

CVraturus Rheumatiſmum debet prius tollere morbum & cauſam, quam ſymptoma, nempe intemperiem, imbecillitatem, & repletionem cerebri & capitis, deinde ipſum humoris defluxum, ac excremẽtorum deſtillationem, tandem fluxionis ſymptomata. Nam ſymptoma, plerumque eſt cauſa alterius ſymptomatis, vel morbi. Præterea antequam manum admoueat rheumatiſmo, multa animo voluere debet. An ſenſim καὶ ἠρέμα defluxio fiat, an ἀθρόως & affatim, magnóque impetu feratur & ruat humorum decurſus? An grauis quædam noxa, & vitæ periculum immineat ei, qui rheumatiſmo conflictatur? vt in catarrho ſuffocante, in aſthmate, aut orthopnœa, in paraplegia repente inuadente. An defluxio ſenſim & leuiter fiat, ídque in partem ignobilem, vt in articulos? An cauſæ omnes, preſertim euidẽs & interna qualitate agente conueniant: id eſt, an vtraque calida, vel vtraque frigida, An potius inter ſe pugnent. Nam ſi humor deſtillans ſit frigidus, & cauſa externa frigida, veluti Aquilo vel aër frigidior, tunc audacter cauſis ſalubribus calefacien-

cientibus vtendum:& ſi humor decurrens ſit acris & mordax,cauſáque ſit inſolatio,vel ęſtus, confidenter refrigerantibus : at ſi cauſarum ſit pugna & contrarietas,attentius videndum vtri maior cura ſit adhibenda. Nam ſit ſæpè,vt deſtillatio calida ab Aquilone frigido excitetur: & frigidus humor à capite decurrat , qui ab æſtu & ſole meridiano , fluxionis initia acceperit.

His ita ſuppoſitis & perpenſè conſideratis, cauſáque externa ſublata medicus,ſtudeat tollere cauſam internam antecedentem , & continentem,materiámque rheumatiſmi, quatenus eſt in fluxu,vel breui fluxura.

Curationis Rheumatiſmi & Catarrhi περιοχὴ *& ſumma.*

PRimum,euacuare corpus vniuerſum oportet,

Dein particulatim vacuare caput. Id fiet

Reuulſione ad longinqua : Deriuatione ad propinqua & viciniora:

Adpoſitione topicorum, quæ exhauriant reliquias cauſæ continentis.

Curſus humoris deſtillantis ſiſtatur , reprimatúrque

Imbecillitas à longo morbo relicta,quę facit vt fluxio perſeueret,vel citò recurrat, emendetur,corrigatur.

Caput & cerebrum ſiccentur , & firmentur topicis.

Partes ſubiectæ fluxionem recipientes, roborentur.

Explicatio περιοχῆς & ſummæ agendorum.

CVrationem methodicá medicus auſpicabitur ab euacuatione totius corporis, primú à miſſione ſanguinis, ſi febris adſit, ſi corpus præcalidum, ſanguine abundans, aut ſi metus adſit, ne fluxio ruat in partem nobilem, & faciat metum inflammationis, vt pleuritidos, peripneumoniæ, anginæ, aut grauioris alicuius alterius morbi.

A miſſione ſanguinis, aut ea amiſſa, ſi non videatur neceſſaria, purgetur conueniente medicamento, ídque ſtatim initio. Nec enim valde probo in hoc affectu, zulapia, ſyrupos, decocta Mauritanorum, recentiorúmque penè omnium medicorum, quibus putant ſe multis diebus præparare, coquere, adęquare (ſic enim loquuntur) materiam rheumatiſmi. Cum enim deſtillationis & Rheumatiſmi cauſa continens, & materia ſit ferè pituita, ſeroſa, liquida, tenuis, aquoſa, vel acris, bilioſa: humórque ſit fluxilis & turgens, è loco in alium decurrens, ac metus ſit periculúmque, ne in partem aliquam nobilem ruat ac prolabatur, quis medicus non videt ex ſententia Hippocratis & Galeni huiuſmodi humores tenues & turgentes ſtatim è corpore vacuandos? Loquor hîc de purgatione materiæ rheumatiſmi habita ratione fluxionis, & materiæ fluxilis, & turgentis.

Agimus

Agimus enim hîc de deſtillationibus quæ vacuari debent per aluum ope medicamenti cathartici. Nec enim exiſtimant materiam & cauſam proximam rheumatiſmi eſſe pituitam, lentam, craſſam, viſcidam, quę hæret in bronchiis pulmonũ, cùm hæc ſit potiùs ſymptoma rheumatiſmi. Symptoma enim, aliquando cauſa eſt morbi vel alterius ſymptomatis. Scimus autem hanc pituitam viſcidam, hærentem debere apparari, attenuari, incidi ad faciliorem expectorationem. At cùm nunc agatur de purgatione totius corporis, in rheumatiſmo, ad humoris ſeroſi & tenuis eductionem, nulla præparatione, attenuatione, aut incraſſatione, vt per aluũ educatur, opus eſſe putamus. Purgabitur itaque humor, qui rheumatiſmi eſt cauſa, medicamento conſentaneo, habita ſemper ratione temperamenti, habitus corporis, copiæ humoris & eius qualitatis, cœli & conſuetudinis, & virium, quæ omnia perpendenda medici prudentiæ relinquo, qui pharmacum concinnabit forma potionis, apozematis, opiatæ, vel pilularum, indicationibus ſumptis à rebus paulò antè commemoratis.

Vt vu Botallu

Reuulſio à capite ad longinquas partes fiet frictione valenti partium inferiorum, ſupernè deorſum ductis frictionibus, vt ab inguinibus ad imos pedes, à ceruice & dorſo ad nates. Vinculis & ligaturis extremorum dolorificis: Cucurbitulis admotis dorſo, natibus, cruribus: lotione pedum decocto roſmarini, lauri, pulegij, floris anethi, & ſimilium. Clyſtere acriori mul-

tiplici. Prouocatione vrinarum. Nam materia eſt ſeroſa & tenuis, atque ita per vrinas poteſt reuelli & vacuari. Prouocatione ſudoris, & cutanea tranſpiratione per diaphoreſim & inſenſilem tranſpirationem, qua materia rheumatiſmi ad circunferentiam reuellitur. Prouocatione hæmorrhoïdum, & menſium.

Deriuatur humor excrementitius à capite ad loca viciniora & propinqua errhinis, hæc trahunt excrementa cerebri, & per nares expurgant. Hæc conferunt, ſi deſtillatio fluat in fauces, & pulmones. Gargariſmatis, apophlegmatiſmis, hæc varia inſtituuntur pro ſcopis & indicationibus diuerſis. In quatuor caſibus tamen ſuſpecta ſunt in rheumatiſmis, vide Scholiaſt. in Rhaſim. Cucurbitulis ceruici & ſcapulis admotis. Prouocatione lachrymarum cepa, oleo, aceto, vino, corpore tamen priùs exquiſitè purgato. Sternutatione, corpore accuratè prius vacuato: alioqui ſternutationes in rheumatiſmo, præſertim initio ſunt ſuſpectæ, vt ſignum, & vt cauſa. Sectione venarum ſub lingua, vt in paralyſi linguæ, angina. Sectione venarum, temporum, frontis, poſt aures, in affectu inueterato capitis. Appoſitione ſanguiſugarum, capiti raſo, fronti, poſt aures.

Reliquiæ humoris à capite extrahuntur, & à loco diſcutiuntur per diaphoreſim ſeu inſenſilem tranſpirationem lotione capitis tonſi, ex decocto cephalicorum, vt maioranæ, roriſmatini, florum anthos, ſtœchados, agarici, addito pauco vino albo. Puluere cephalico diſcutiēte,

ex

ex maiorana,meliſſa , bethonic.cort. citri, florum ſtœchad.anthos,ſaluiæ, gran.kermes, garyophillis,macis,nuce moſchata,ſantal.licebit & addere puluerem capiti tonſo , vel raſo ſuperaddita cannabe molli,carpta & ſiccata.Poterit hic puluis etiam concinnari in cucuffam vocatam.Suffitu & hypothymiamate,ex thure, gummi,iuniperi, ſtyrace,gummi hederæ, calamo aromatico,caryophillis, ſem.nigellæ, pulUerantur omnia , puluis aſpergitur cineribus calidis,ſuffiuntur ornamenta capitis.

Dropace ℞.Picis ℥iiij.piperis,nucis moſc.an. ʒ j.olei chamæm.parum fiat dropax,ſuper pannum lineum,admoueatur capiti raſo,vel *Dropax.*

℞. Semin.ſinapis pulu. ʒ ij. ſtercoris columbini, gummi,rutæ ana ʒ.j.ß. caſtorei ʒ.ß. olei rutæ q. ſ.fac vnguentum, capiti raſo admoue. *Sinapiſmus.* Phœnigmo, rubrificante medicamento , quod ruborem in cute facit , bullas excitat, puſtulas ciet, & exulcerat. Porrò materia ex qua fiunt phœnigmi,(veſicatoria vocant) ſunt lepidium, ſinapi, flammula , naſturtium hortenſe, fimus columbinus frequens Galeno , ſtercus palumbinum & caprillum , ſtercora diluuntur aceto & admouentur capiti raſo,trahunt calore & acrimonia, à putredine ortis, vrtica ranunculorum genera,thapſia,euphorbium,fex vſta,cantharides. Ex his quædam trahunt ferè ex albo, alia ruborem in cute faciunt , alia bullas excitant,alia vlcerant.

Qui medicinam faciunt radunt caput ad ſuturam coronalem, qua parte iungitur cum ſa-

gittali:dein fricant páno aſpero, vel cæpa:mox admouent, emplaſtrum de ſinapi, ſcriptum à Meſue ex Democrito, hic ſinapiſmus, breui fit phœnigmos & rubrificatio,tádem ampullas & bullas excitat, præſertim ſi ſinapi augeas, aut addas ſeminis naſturtij quantitatem, aut ſtercus columborum agreſtium. Sinapi tritum & per ſe admotum,valentius vlcerat.

len.3. ...p.

...œnig-...s. ♃.Cantharidum duas vel tres, pro quantitate pyrotici,phœnigmi, excipe fermento &aceto acri, imponatur capiti ad ſuturam coronalem. Breui mora rubor fiet,horis decem bullæ excitabuntur, vlcus etiam, ſi valens ſit phœnigmus,ampullæ configuntur,relinquitur vlcus diutius manare,quod vt felicius fiat admouentur folia braſſicæ modicè calfactæ vlceri, vt ad multos dies ſit apertile &fluens Sunt qui quinto quoque die renouant phœnigmum, vſque ad dies quadraginta.

...eſicato-...um. ♃.Folia lepidij vel ranunculi cuiuſlibet,vel vrticę,vel naſturcij hortenſis,aut alterius ſimilis facultatis igneæ, contundantur, imponantur loco dicto,cum ligatura premente, tribus, aut quatuor horis ampullas excitabit, vlcerabítque vel ſaltem breui mora.

...latthæus ...radenſis Sunt qui admouent non ſupra ſuturam coronalem,ſed poſt aures infra tuberculum oſſis occipitij, ea parte, quæ magis excarnis eſt, & libera à muſculorum inſertionibus & exortibus.

Sunt qui reformidant vſum phœnigmi, in quo cantharidum eſt quantitas magna,ſi vtentur:

tur ſequenti.

℞.Pulueris piperis, euphorbij, pyrethri, ſinapis an. ʒ.ß. cantharidum ℈j. excipiantur fermento & aceto acri. *Phœnigmus.*

Oportet accuratè obſeruare phœnigmi affectum, ne plus quàm expedit, in partem agat. Corpora enim mollia, delicatiora, vt puerorum, fœminarum citò pyroticis offenduntur.

Si horum vſu Rheumatiſmus non curetur, ſunt qui in catarrho & deſtillationibus pertinacibus, periculoſiſque minantibus tabem, fouentibúſque aſthma & orthopnœam, adhibent cauterium ignitum, & vſtionem, in loco, vbi ſagittalis corona copulatur cum coronali: imprimúntque cauterium vſque ad ipſum os, vt excrementa cerebri, præſertim vapores acres & fuliginoſi, per has ſuturas euocentur, foras exhalent. Parabuntur globuli ex elleboro vt attrahatur humor melancholicus. *Hae magis conueniunt in deſtillationibus ac intemperaturis cerebri frigidis. Gal. 9. de vſu part.*

℞. Ellebori nigri ʒ.j. excipiatur ceræ nouæ ℥.j. fiant globuli pro cauterio, vel ex hermodactyl. turbith, mechoac. brion radice, vel hederæ ad attrahendam pituitam, vel ex rheo ad bilem. *Globuli pro cauterio.*

Rationes eorum, qui in Rheumatiſmis & deſtillationibus periculoſis, vt minantibus φθολὼ & tabem, & aſthma terrificum, cauterio ferróque candenti vtendum cenſent.

CAP. XVI.

deſtil- tionibus ngis & riculoſis n caute- um ca- iti admo endum.

Hipp. lib. e acie & iſu.

HIppocrates in arte medica, citra controuerſiam primas tenens, & de quo dicere licet, αὐτὸς ἔφα, in deſtillationibus & Rheumatiſmo ad pulmones decurrentibus, vt humor in contrarium auertatur, & foras per ſuturas trahatur, conſulit vſtionem vſque ad os.

Idem 4. de morbis in catarrhis & defluxionibus cenſet tutum & ſalubre eſſe vrere caput, antequàm febris, & vlcus, & pus accedant. Idémque cenſent Mauritani medici, præſertim antiquiores, vt Rhaſis, Halyabas, Meſues, capite de catarrho.

A frigida luxione.

Trallianus etiam capite de ſputi cruenti reiectione, ob deſtillationem in pectus, cauterium ignitum capiti inurit.

Ex recentioribus, Herculanus, & Montagnana in actuoſa medicina exercitatiſſimi, locum bregmatis, in quo committuntur coronalis & ſagittalis rubrificant, & ferro candenti inurũt: vt euocent foras excrementa à cerebro, ſiccent, & roborent caput, fluxionis impetum retineant.

Præter ſanguinis miſſionem, ſunt cucurbitulæ ſcarificatæ, quæ in magnis deſtillationibus ſolent eſſe vtiliſſimæ, ſed præ cæteris in genere

chirur-

chirurgorum auxiliorum ſolemus maximè cogitare de cauteriis faciendis, & ſi vllus eſt morbus, in quo hoc auxilium requiratur, certè deſtillatio eſt. Solemus autem parare plerunque in brachiis, quod & citius & tutius deflectatur materia à capite. Sed aliis non conferentibus in graui deſtillatione ſolemus quoque deuenire ad cauteria, vel ſuper commiſſuram coronalem, vel in occipite, inter primam & ſecundam vertebram. Mercurial. libr. 1. cap. de catarrho.

Albucaſis lib. 1. membrum patiens, & caput longis & pertinacibus fluxionibus moleſtatum cauterio inurit, ad euocandos & reuocandos humores ſenſim & perpetuò deſtillantes, & ad roborandam partem affectam.

Rhaſis vbi agit de cauteriis, hoc generale axioma ponit, vt in omni loco fontium, id eſt à quo fluxus humorum oritur, decurritque ad alias partes, cauterium adhibeatur ad intercipiendum, & à centro ad circunferentiam euocandum, roborandúmque.

Rationes quorundam, qui damnant omnino vſum πυρωτικῶν, φοινιγμῶν, cauteriorúmque in capite, & circa vicina capiti.

CAP. XVII.

GAlenus nono de vſu partium, duplicia facit excrementa cerebri, alia vaporoſa & fuliginoſa, quę quotidie per ſuturas vacuantur

ſuo impetu,expultrice adiuuante,alia aquoſa, ſeroſa,mucoſa,pituitoſa:quę per choanem,infundibulúmque & palatum,per os,nares,oculos, emiſſaria à natura deſtinata aſſiduè vacuantur tanquam per regiones conueniẽtes. Quamobrem cum ipſa excrementa tot habeant meatus & canales, quibus commodè expurgentur, quorſum,opus vti cauteriis ferróque ignito,in parte nobili,&maximè ſenſili,magno ęgri metu & dolore acerbiſſimo?

Deinde cùm venæ à pericranio excidant per ſuturas in interiora periculum ne cauterio loco ſuturarum admoto fiat læſio duræ meningis.

Satius eſt & tutius vacuare materiam rheumatiſmi medicamentis, ac reuellere, deriuare, intercipere remediis ſupra numeratis, quàm cauſticis,phœnigmis,pyroticis,& ferro ardenti parti nobiliſſimæ admotis, ægros languentes cum periculo excarnificare.

Matthæus de Gradi medicus,improbat cauteriorum vſum ad ſuturas quod periculum ſit, ne calore & dolore excrementa à corpore vniuerſo euocentur, ruántque ad cerebrum, impendeátque metus læſionis membranæ, vel ſpaſmi. Sunt alij recentiores, inter quos Baptiſta Montanus Veronenſis medicus doctrina & experimentis clarus,à cauteriis bregmati adhibendis abhorret. Nam rarò commodè fieri poſſe ſcribit, & vt bellè fiant, magnum ſemper afferre periculum, & Galenum in curandis catarrhis & rheumatiſmis, nunquam vti ferro
5.Meth.

igni-

ignito, aut cauterio, ſed phœnigmis ex ſterçore columbino aut thapſia cum cerato. Idem Montanus ridet Arabas, & Mauritanos, vt ignaros anatomes, & proinde audaciores in cauteriis adhibendis bregmati, & commiſſuris ſuturarum. Horum loco mauult vti phœnigmis, aut helcoticis veſicas excitantibus ſub oſſe petroſo, in ceruice, in brachij muſculo deltoïde, inter radiũ & cubitum ad brachiale, vitatis venis & neruo, quo opere chirurgico aiũt ſe vti in reuulſione diuturna, ad longinqua. Sed vt controuerſiæ virorum celebrium componantur, dicemus in rheumatiſmo & defluxione periculoſa, vt quæ minatur tabem, & quæ gignit aſthma, frequens & terroris plenum, vtilem eſſe ac ſalubrem phœnigmi & cauterij vſum, ſi commodè & tempeſtiuè in bregmate adhibeantur. Commodè dixi, id eſt, vt per chirurgum anatomes peritum, & in artis operibus exercitatiſſimum. Tempeſtiuè etiam vt priuſquam pulmones vitium in ſubſtantia ſenſerint, febríſque hectica & vlcus adſint adhibeantur. Alioqui vbi ſalus deſperata eſt, imprudentis conſilij foret apud vulgus infamare remedia præclara à diuino Hippocrate celebrata. Siquidem deploratos non oportet aggredi curare, ſed relinquere, & morbi finem tantùm modò prænunciare. In quo enim deplorata omnino ſalus eſt, imprudentis conſilij fuerit apud vulgum infamare præſidia, quæ multis fuêre ſaluti. Eſt igitur prudentis hominis eum qui ſeruare non poteſt, non attingere, ne videatur occidiſſe, quem

Si vſtio i[n] capite ta[r]dius fiat infamat artificem & non co[n]fert.

ſors ipſius peremit. Vbi verò grauis metus eſt, ſine tamen deſperatione, indicare neceſſarium periclitantis in difficili rem eſſe, vt ſi victa ars malo fuerit, vel ignoraſſe vel fefelliſſe non videatur. Quocirca ad medicinam recta via & ratione faciendam, affectus qui proponitur, Diagnoſis imprimis habenda, dein exitus prognoſis aſſidentibus prædicenda, tum aggredienda eius therapia eſt. Scio enim hominem illuſtriſſimum noſtra memoria præſtantiſſimum, defluxione in pulmone ſenſim tabeſcentem, vſtione & cauterio in bregmate adhibito conualuiſſe. Illud obiter dicam quoſdam eſſe, qui cauterium ardens abhorrentes, malint pati ἑλκωτικὰ, φοινιγμοὺς, & ἐσχαρωτικά. Sed ferrum & ignis citiúſque & melius operatur.

Cæterùm Trallianus reprehendit Galenum, quòd etiam in deſtillatione calida veſicatorium admouerit capiti, quia calefaciunt quæcunque veſicas excitant, augéntque intemperiem calidam. Verùm Galenus non vt alterans præſcribit, ſed vt vacuans. Nos & veſicatoria & cauteria iuxta ſuturas ad eundem finem applicamus. Recentiores annotarunt, quando iecur eſt primus fons catarrhi, aut ventriculus malè coquens, ad reuulſionem, vtiliter admoueri cauterium cruribus, vt fontanellę ad vacuationem: brachiis ad diuerſionem quoties à cerebro originem habet.

Catar-

Catarrhum ſiſtentia, id eſt impetum humoris fluentis & ruentis retinentia, incraſſantia, intercipientia.

CAP. XVIII.

INitio Rheumatiſmi, non eſt tutum aggredi curationem per ea quæ ſiſtunt humoris deſtillantis curſum & impetum. Nam horum vſu materia catarrhi repulſa & retenta, caput magis impleret: quæ ſua copia turgeſcens, ἀθρόως & magno impetu in partes ſubiectas & forſan nobiles præcipitaretur. Ergo incipiendum eſt à ſanguinis miſſione, ſi catarrhus calidus ſit. At in frigido, & pituitoſo catarrho, abſtinendum miſſione ſanguinis, niſi, aut febris fuerit coniuncta, aut inſignis plenitudo, purgandum frequenter phlegmagogis quæ materiam catarrhi vacuent, vt pilulis cocciis, de agarico. In materia calida ad ℥.j. caſſiæ adde rhabarbari ℈ iiij. Purgabis enim aſtringendo. Deinde inſtituendæ ſunt reuulſiones. At corpore primum commodè purgato, materiáque per reuulſiones & deriuationes auerſa, tandem reliquus humor adhuc defluens ſiſtetur, & incraſſabitur, vt commodius periculum ſuffocationis, aut eroſionis pulmonum & aliarum partium vitetur: tuſſiſque ac vigiliæ minùs moleſtent. Porrò humor defluens ſiſtetur, gariſmatis, vel ore contentis, pilulis (hypoglottidas vocant) medicamentis quæ deglutiuntur, & ſenſim lambuntur. His quæ odorantur, yel ſuf-

fiuntur. Gargariſmata retinentia fluxum fiant ex adſtringentibus modo. Calidis, modo frigidis, pro natura humoris deſtillantis : Calidis quidem, vt cypero, calamo aromatico, myrtis, vt

Gargariſmus. ℞. Cyperi, calami aromatici, liquirit. an. ʒ ij. folior. lentiſci, vel myrtillorum an. m. ß. cortic. thuris ℥. ß. fiat decoctio in ℔. j. colat. diſſolue diamoronis ℥ ij. mellis roſati colati ℥ ß. fiat gargariſmus, teneat in ore frequenter calidiuſculè ſine vlla agitatione. Frigidis, vt roſis, plantagine, foliis rubi, foliis arborum adſtringentium, vt pyri, quercus, corni, &c.

Gargariſmus. ℞. Aquæ roſarum & plantaginis an. ℔. ß. ſyrupi de papauere ℥ iij. fiat gargariſmus, vel

Gargar. ℞. Cydoniorum, malorum granatorum, & roſarum rubr. an. ℥ j. ſemin. papau. albi ʒ j. fiat decoctio ad ℔. j. in qua diſſolue ſyrupi de papauere ℥ iij. fiat gargariſmus. Gargariſmata, quæ fiunt cum multa agitatione, ac gargarizatu, ſunt ſuſpecta in quatuor caſibus ſcriptis, à Meſue & Arculano, cap. de Catarrho, ſcilicet ad φϑόλω, tabem, aſthma, & morbos pulmonum. Ergo vitanda ſunt in præparatis ad prædictos morbos.

Ad ſiſtendas fluxiones quod fiet patentiores vias claudendo, & tenuiorem humorem incraſſando detur quotidie hora ſomni cochlearia duo, plus minus ſyrupi roſarum ſiccarum, & iuiubini. Prior adſtringit, poſterior incraſſat, aut præſcribe tantundem diacodij. Si placet veterem, & liquidam, conſeruam roſarum: ad-

de

de boli, terræ ſigillatæ, vel coralli rubri præp. tantillum, de qua capiat quantitatem nucis iuglandis hora ſomni, quo tempore catarrhus ſolet commoueri. Formulæ vel trochiſci de bolo continentur etiam in ore ad retinendum rheumatiſmum, electuariũ diapapauer, eclegma, linctus papauerinus in catarrho acri, tenui, ſalſo, eſt efficax, vel ſyr. de papau. erratic. ad ℥ j. aut ℥ ij. vel aqua papau. erratic. Diacodium Galeni datur dormituris in catarrho acri & tenui. Ad eoſdẽ vſus, dantur omnia verè narcotica, quę ſcil. opiũ recipiunt. Nam hæc fluxiones ſiſtunt duplici ratione, quod ſcilicet incraſſent humores, qui eludunt tuſſes, & quod ſomnos concilient, cuiuſmodi ſunt theriaca recens, ante ſex menſes, hæc enim ſiſtit, incraſſat rheumatiſmos, & ſomnum conciliat. Philonium Romanum ante annum ſiſtit deſtillationes. Syrupus papaueris incraſſat, & ſomnum conciliat. Syrupus iuiubinus incraſſat, lenit. Syrupus violaceus refrigerando, humorem acrem frænat & lenit. Syrupus de roſis ſiccis. Thus, myrrha per ſe deglutita rheumatiſmum frigidum ſiſtunt. Pilulę bechicæ ad tuſſim ex catarrho acri. Paratur autem ex gummi tragacanthæ albiſſ. in aqua roſarum ſoluto, & ſaccharo albo.

Narcot duplici mine, ſtunt f xiones cres.

Narcot non de exhiber fractis ribus.

Formulæ variæ hypoglottidon ſiſtentium humores deſtillantes quæ lupini figura efformantur.

ormulæ. ℞. Amyli ℥.ß.ſeminis papaueris albi,boli armeni ℥ j.penidiarum ʒ vij.incorporentur cum mucagine tragacanthæ, vel ſeminis cydonior. & fiant formulæ, contineatur vna in ore aſſiduè,vel

ypoglottides. ℞. Maſtich.thuris ana ʒ.ß. opij ℈ ij. penidiarum ℥.ß. fiant pilulæ hypoglottides, forma lupinari, contineatur vna in ore aſſiduè, vel

piata. ℞.Conſeruæ roſar. & ſymphyti maior. ana ℥ j. coralli rubr. boli armeni, terræ ſigillatæ ana ℈ j. cum ſyrupo roſarum ſiccarum fiat opiata, de qua capiat dormiturus ʒ j. pro doſi, vel

abellæ. ℞.Coralli rubr.terræ ſigillat.boli armeni an. ℈ j.excipiantur ſaccharo in aqua roſar. ſoluto, fiant paruæ tabellę,quarum vnam ſæpè contineat in ore,vel

℞.Seminis papauer. albi,lactuc. & portulacę,ſacchari candi,penidior.diatragacanthi an. ℥.ß.opij g̃.ij.cum ſyrupo iuiubino fiant pilulę tenendæ ſub lingua, quæ inde hypoglottides, ſeu epiglottia nominantur, vel

ormulæ. ℞.Pul.diapap.albi ʒ j. ſemin. papau.leuiter conquaſſati ʒ.ß.boli arm.terrę ſigillat.an.ʒ ij. ſacchari candi,penidiar.an. ʒ iij.ſucci glycyrr. ℈ j.fiant formulæ cum ſyr.iuiubar. vel cum aqua infuſionis gummi tragacant.teneat in ore.

In

In catarrho perſeuerante optimum eſt dare pilulas de ſtyrace ad ſiſtendum fluxum quæ tametſi opium recipiunt, non ſunt vituperandæ. Recipiunt enim ſtyracem, & alia quæ frigiditatem eius reprimũt. Pilulæ Meſuę vel de arnagloſſa, vulgò cynogloſſa ad omnes catarrhos magis conueniunt in materia calida, quàm frigida. Nam opium & hyoſcyamus ſuperant. Pilulæ ad omnes catarrhos & Scribonio & Mauritanis, & Gal. κατὰ τόπους ſic ſcribunt. *In catarrho perſeuerante quid agendum.*

℞. Thuris, maſtich. ſtyrac. calamitæ, myrrhę, opij, croci an. ℈ j. fiat maſſa ex qua formentur pilulæ ſex pro ʒ. ſumat vnam, vel duas hora ſomni. Laudanum ad eandem intentioné pręſtantiſſimum eſt remedium & præſentaneum. *Pilulæ narcoticæ.*

Ad eundem finem excipiat naribus (ſi coryza moleſta fuerit) vel ore ſi bráchus, vel catarrhus calidus, vaporem aceti proiecti in tegulam ardentem, vt *De ſuffitu pro catarrho calido.*

℞. Fumigij aceti demiſſi ſupra lapidem ignitum, vel ferrum, vel tegulam ardentem, vel pulueris ſequentis *Suffitus.*

℞. Roſarum rubr. maſtich. ſuccini an. ʒ ij. fiat puluis ad eundem vſum. Auicenna ſandaracæ ſeu vernici magnam vim tribuit in ſiſtendis omnibus deſtillationibus: eſt autem ſandaraca Arabum vernix vulgaris, cuius poteris addere ʒ ij. ſuperiori puluerí, vel

℞. Roſar. rubr. coriandri præparati an. ℥ j. gummi hederę, ſandaracæ, maſtich. olibani an. ʒ ij. trochiſcor. de caphura ʒ. ß. ſeminis papau. albi ℈ ij. conquaſſentur, & fiat ſuffimigium

quo ſuffimigantur cooperimenta capitis, & recipiat aliquem fumum.

Rheumatiſmus calidus rarò & difficilius ſiſtitur per ſuffitus, quod ſcilicet odor & odorata omnia, quibus fiunt hypothymiamata, gignantur à calore agente in ſubſtantia ſicca, diluta humore aëreo vel aqueo: niſi fortè dicas coryzas & grauedines curari ſuffitu & vapore aceti aſperſi, ſuper laminam ferream igni candentem, ſed hæc vaporatio ratione ferri & aceti ſiccat & ſiſtit fluxionem ſine calore.

...rata ...nia ...t à ca...

In catarrho frigido.

...catar... frigi...

℞. Thuris maſtiches, cyperi an. ʒ.j. ſucci liquiritiæ, boli armeni præp. ʒ.ij. ſacchari candi, penidiar. an. ℥ iij. gummi tragacanthi, arabici an. ʒ ij. carnis paſſarum cum aliis contuſarum ʒ.ß. formentur cum ſyrupo violato vel de iuiub. formulæ inſtar lupinorum, contineatur vna in ore aſſiduè. Suffimigium

...fitus in ...arrho ...ido.

℞. Nigellæ Romanæ, gummi iuniperi, thuris, maſtiches, gummi hederæ, granorum myrthi an. ʒ.ß. fiat puluis pro ſuffitu, vel

℞. Roſarum rubrarum, nigellæ torrefactæ, gummi hederæ, borracis an. ℥ j. coriandri ℥ ij. auripigmenti cuiuſlibet ʒ j. contundantur, fiat fumigium, quo fumigentur panni, & cooperimenta capitis. Et ſi tuſſis non adſit, poteſt aliquid fumi per os recipere. Poſſunt adhiberi ligni aloës ʒ iij. galliæ & aliptæ moſchatæ, ſtyrac. calamit. an. ℈ iiij. pro ditioribus, vel ad catarrhos

tarrhos ſiſtendos,& ſiccandos ſic paramus,

℞. Coriandri præp.roſar.rubr.gummi hederæ torrefactæ an.ʒ j.nigellæ torrefactæ in aceto ℥.j.ß. maſtiches, thuris,corticis thuris an. ʒ iij.gummi iuniperi ℥ ij. fiat puluis non admodum tenuis, quo ſupra carbones impoſito ſuffimigentur capitis operimenta.Poteſt etiam excipi muccagine gummi tragacanthi & fiant formulæ lupinares pro ſuffitu.

Remedia alia firmantia ac roborantia caput.

LOtio capitis decocto cephalicorum,vt ℞.Meliſſæ,maior.bethonic.roriſmarini, ſerpilli an. M.j. florum chamæmeli P.ij. roſar. rubr.P.j. bulliant in lixiuio cineris ſarmentorum vel quercus addendo in fine coctionis vini ℥.v. lauetur caput ante prandium vel duabus horis ante cœnam,bis aut ter in menſe capite ſolicitè exiccato. Videndum tamen ne nimia frictio dolorem capitis adferat. *Lotio c[...] pitis ſi[...] cat & r[...] borat. Hac lo[...] conueni[...] frigidis [...] humid.*

Si calida intemperies imbecillitatem capiti adfert, expedit balneo aquæ dulcis frequenter vti,vt capitis temperamentum emendes & robores,& caput æſtuans, oleo roſaceo perunge, eóque crudo,& omphacino. *Gal. ſex[...] ſanitat. tuend. Balneu[...]*

Facies abluatur vino albo,in quo bullierint roſmarinus,ſaluia,roſæ,nec facies vnquam abluatur frigida. *Facies [...]bluend.*

Teneantur in auribus guttulæ olei terebinthinæ,vel de ladano,vel roſarum pro intemperie relicta in cerebro , & occludantur aures *Quæ [...] ribus ſtillan[...]*

bombace, vel xylo, quod diu aſſeruarit ambarum. In frigida intemperie ol.ſalu.roſmar. maior. arte chymica extract.

rigida ſtillatio qua ore tinen- Deſtillationibus frigidis obnoxij contineant ſæpe in ore mane ieiuni & ſero dormituri, conſeruam florum roſmarini, ſaluię, corticem citri & arantij conditum, conſeruam ſtœchados, nucem moſchatam conditam.

alida. In calidis temperamentis & defluxionib. magis conuenit conſerua roſarum humida, vel ſicca, & manus chriſti cum perlis.

a na- is ad- enda calido mati[ſ] Admoueátur ſæpe naribus ea, quę ſuauem & iucundum ſpirant odorem, vt roſę recentes, bethonicum altile, mala cydonea vtráque benè matura, mala omnia ſuaueolentia, vt curtipendula vocata, ſantala etiam & violæ recentes.

Si cerebrum imbecillum à frigido humido, etiam calidiora iucundè ſpirantia naribus admouenda, modò non impleant, aut feriant caput, vt maiorana, origanum, hyſſopum, ſaluia, botrys tota herba ſuaueolens, radix iridis ſiccata, radix cyperi, aromatum ſuauiora, & quę minùs tentant caput odore, vt cinnamomum, calamus aromaticus, agallochum ſeu lignum aloës.

uis o- s pul- Puluis odorus, vt violaceus dictus cypri Mõſpellienſis includitur ſacculis, & ita naribus ſæpè admoueatur, vel

℞. Maioranæ ſiccę & roſarum rubr. ana ℨ ij. garyophillor. & nucis moſchatę an. ℨ j. ambræ griſeæ g̃. iij. inuoluantur nodulo quem frequenter odoretur.

Poma,

Poma, aut pilę inſtar pomum arte paratę, odoratę, ſæpè olfactandę, vt *In frigi... deſtillat...*

℞. Benjoni, ſtyrac. calamit. an. ℥. ß. pulu. maior. ſiccæ ʒ ij. nucis moſchat. garyophillorum, ligni aloës an. ʒ j. ambrę griſeæ g̃. vj. moſchi g̃. iij. excipiantur ladano agitato in mortario cum oleo de ſpica, vel coſtino, & fiat pomum odoriferum, ad ſiſtendum catarrhum poſt euacuationem & reuulſionem humorum, vel *Pomum doratum pro cer... bro.*

℞. Nigellę torrefactæ ʒ ij. nucis cupreſſi, garyophillor. ſampſuci ſicci an. ʒ j. ligni aloës, galliæ moſchatæ an. ℈ ij. ladani ʒ iij. cum cera fiat pomum odoriferum, vel

℞. Styrac. calamitæ, ladani puriſſ. an. ℥. ß. ſantali moſcatelini, ligni aloës, ligni Rodij an. ℥ ß. garyophillor. myrrhę, thuris an. ʒ j. ambrę odoratæ pro ditioribus ℈ j. Excipiantur omnia aqua meliſſę, & ex arte formetur globulus manu geſtandus, & ſæpè naribus admouendus, vel fiat byretrum ſequens *Pomum o... dorum.*

℞. Meliſſ. bethonic. ocymi, ſampſuci ana M. ß. ſalis torrefacti, thuris, maſtiches ana ʒ iij. radic. cyperi ʒ ij. nucis moſchat. garyophillor. ſtyracis calamit. ladani ana ʒ. j. ß. roſ. rubr. p. ß. cum ſyndone rubro fiat byretrum. *Byretrum ſeu cucuffa.*

Pilea, ex tela ſerica, fiunt intertexta, additis pulueribus cephalicis odoratis, cucuffas vocant, qui medicinam quotidie factitant, vt *Pileus.*

℞. Maioranæ ſiccæ, florum bethonicæ, anthos, ſtœchad. arab. an. p. j. nucis moſchi. garyo- *Cucuffa.*

phillor.pul.iridis Florent. an.ʒ j. ambr.griſeæ g̃.iiij.fiat puluis cuius ℥ ij.excipiantur cotone, inuoluantur ſyndone, vel duplici linteo interſuatur, fiat cucufa ad formam datam. Poſſis eodem puluere caput detonſum conſpergere, abſterſo priore ſubinde nouus aſpergatur. Familiaris eſt in longis, pręſertim morbis quales ſolent eſſe frigidi, vt reſoluas ſimul & robores. Puluis paratur ex maiorana ſicca, floribus bethonicæ, anthos, ſtœchados, nuce moſchata, garyophillis, ambra griſea, qui excipitur cotone, tegitur linteo, & interſuitur, fit byretrum, ad formam datam, puluis non excedat ℥ ij.

…riant … natu… humo… n deſtil… …tis. Pulueres ex ſylua ſimplicium cephalicorum admoueantur capiti tonſo vel raſo, calidi aut frigidi, pro natura humoris deſtillationes facientis, & intemperatura cerebri vitioſa, vt in frigida deſtillatione.

…luis in …gido ca…rrho. ℞.Cyperi, cortic. citri ſicci ana ʒ j. garyophillor.cardamomi an.ʒ.j.ß. nigellæ torrefactæ, granorum tinctorum, coriandri præp. ana ℈ iiij. macis ʒ j. meliſſæ ſiccæ, ſampſuci ana ℈ ij.ß.ſtœchados arab.roſ.rub.an.℈ ij.fiat puluis, quo ſinapizetur pars anterior capitis ſero in lecti ingreſſu, & manè.

Vulgare eſt topicum, ſacculus plenus milio & ſale pro frictione capitis matutina, quibus addi poſſunt pulueres cephalici, ex maiorana, ſaluia, roſmarino, ſtœchade, vel

…cculi. ℞.Milij vel auenæ M.ij.ſalis M.ß.frigantur in ſartagine, deinde impleantur ſacculi, quo caput perfricetur. Notabis non eſſe vtendum

frictio-

frictionibus capitis niſi abundè corpus fuerit repurgatum,ne frictiones attrahant vapores ad caput,& morbum augeant.

Fit etiam capitis ex decocto cephalico in catarrho frigido. Agaricum aut ſennam incoquendo,hoc modo *Fotus.*

℞.Bethonic.ſerpilli,verbenæ an.M.j.ß. florum chamomillæ,anthos,ſtœchados an.Pug.j. ſemin.aniſi & fœniculi contuſor. ana ʒ ij. folior. ſennæ mundat. ʒ vj. aut agarici tantundem, fiat decoctio, addendo ſub finem vini quartam partem, hoc decocto manè caput foueatur,& lauetur cum ſpongia noua. Areteus caput fouet tepida, vt cerebrum liberius perſpiret. *Lotio capitis.*

Emplaſtrum ex tacamahaca eſt etiam ſingulare topicum pro roborando cerebro, vel emplaſtrum de bethonica. *Tacamahaca.*

℞.Tacamahaca, vel emplaſtri de bethonica ℥ ij.remolliatur cum aliquo oleo cephalico, vt lauri,anethi,extendatur ſuper aluta,&applicetur in modum pileoli. *Emplaſtrum.*

Huc pertinet dropax, emplaſtrum ex pice: foras enim attrahit humorem noxium.

℞.Picis naualis ℥ ij. extendatur ſuper aluta, & applicetur capiti raſo. *Dropax.*

Veſicatorium etiam in topicis remediis numerari poteſt,præſentius ſanè remedium, quin etiam cauterio longè præſentius

℞.Fermenti aeris ℥ ij.cantharidar.& euphorbij ana ʒ j.fiat veſicatorium: obſeruabis ſæpè, num excitatæ ſint veſicæ, vt remoueas, alio- *Veſicatorium.*

quin exulceraret. Subortæ verò veſicæ traiiciantur filo, ſuperponatur folium braſſicę, cùm ſiccare voles, vtere vnguēto albo rhaſis caphurato, poteſt parari pauperibus veſicatorium quacunque in parte ex alliis mediocriter contuſis.

ontalia Frontalia ſunt in vſu frequenti: calidis verò ad frigidos, frigidisq; ad calidos affectus vtimur. Parantur ex conſeruis, aut herbis contuſis, aut ex pulueribus, hæc anacolemata ſicca nominantur, illa humida: calidi ſit hoc vnum pro multis exemplum.

ılfaciēs. ımidum. ℞. Conſeruæ bethonic. anthos, ſtœchados, acori, cuiuſuis ℥ ij. mithridatij, vel theriac. veteris ℥. ß. miſce, inuoluantur duplici linteo fiat frontale admouendum fronti & temporibus hora ſomni.

ccum ılfaciēs. ℞. Maioranæ ſiccæ, florum anthos, ſtœchados arab. bethonic. ana p. j. aniſi, fœniculi, coriandri, granor. kermes an. ʒ ij. fiat puluis, qui excipiatur cotone, tegatur duplici linteo, fiat frontale interpunctum.

Refrigerans verò hoc exemplar eſto

efrigerans humidum. ℞. Conſeruæ violar. roſar. nenupharis cuiuſuis ℥. j. ß. populei ℥. ß. fiat frontale. Poſſis prędictas conſeruas permiſcere dummodò totum vncias duas non excedat. Humidum delicatiores, præſertim nobiles mulierculę refugiunt, proinde ſicci frontalis ſubiiciam exempla pro affectibus calidis.

rontale ccum refrigerans. ℞. Florum viol. roſar. nenuphar. an. p. j. ſemin. lact. & papauer. albi an. ʒ ij. fiat puluis, ex quo frontale. In

In catarrho frigido ℞.Piperis & caſtorei an. ℈ j.fiat puluis: per arũdinem aut calamum inſuffletur. Si placet idem puluis excipiatur digito intincto in oleo irino, quo nares perfricentur: nocét tamẽ vertiginoſis & epilepticis, quia commouent cerebrum & paroxyſmũ excitant. *Sternutatoria.*

Calidis morbis cerebri errhyna non admodũ conueniunt, multò minùs ſternutatoria, niſi placeat refrigerantia quibus exarſio contemperetur in errhinis recẽſere: vt linteum aqua roſar. caphurata imbutũ, quod æger ſubinde odoretur; aut ℞.Olei nenuph aut papauer. ℥.ß. quo imbuatur digitus eóque nares fricẽtur. Si optares fortius, adderes granum vnum, aut duo opij, ſicque conciliares ſomnum. *Errhyna nocent culis pr pter ſympathiam*

Maſticatoria leuiora ſũt maſtiche, ſaluia, paſſulæ exacinatę: vehemẽtiora radix pyrethri, cubebę, ſtaphis-agriæ. Radix pyrethri inciditur per talleolas, maceratur in aceto, vt acrimoniá perdat, quotidie manè fruſtulum vnum maſticetur. Si vis artificialiùs. *Maſticatoria, ſe Apophlegmatiſmi.*

℞.Pyrethri, cubeb. & ſtaphiſagrię an. ℈ j. excipiantur maſtiche & cera ſimul liquatis: fiant globuli maſticatorij, vel puluis referatur in nodulos maſticatorios, modò angina, aut tabes non ſint in metu.

Gargar. parentur ex ſyrupis incidentibus, iiſque acrib. vt pituita craſſior incidatur, eadémque opera excretrix ſtimuletur, eiuſmodi ſunt ſyrupi capilli veneris, de bizantiis, de marrubio, de duab. radicibus, vel de quinque, oxymel ſimplex, dyureticũ, ſcylliticum, quę diluũtur aquis cephal. vt bethonicę, ſaluię, calendulę, aut *Gargariſmi.*

corum decocto: poterunt incoqui turbith, ſenna, agaricus, non colocynthis, quia eſt ingrati admodum ſaporis.

Gargariſmus. ♃. Turbith ℥.ß. bulliat in aquis ſtillatitiis, bethonicæ, vel calendulæ. Si malis in eorum decocto, vel in decocto hyſſopi, thymi, origani, calamenti, pulegij. In ℔.ß. colat. diſſol. ſyr. capilli veneris, vel oxymellitis Galeni ℥ ij. fiat gargariſmus, quo tepidè quotidie vtatur ieiunus, vide tamen ne æger ſit obnoxius deſtillationi in pulmones, quandoquidem attractus humor, impetu eò rueret, grauiſſimúmque aliquem morbum induceret, neque bonum eſt illis aſſueſcere, ne nobis dormientibus deſtillatio ruat in pectus.

Clyſteres. Clyſteres in morbis cerebri nunquam ſunt prætermittendi ante omnia, quia non tantùm fumos reuellunt, ſed etiam de cerebro ipſo conſecutione attrahunt, primus clyſter ſit communis ad fęces deturbandas, reliqui conſtent decocto cephalico, hoc modo

Clyſter. ♃. Bethonic. ſaluiæ, maioranæ, ſerpilli, chamæm. melil. an. M. j. ſeminum aniſi & fœniculi ana ʒ ij. fiat decoctio. In colaturæ ℔. j. diſſolue benedictæ laxatiuæ, aut hyeræ colocynthidos ℥.ß. vel ʒ vj. mellis anthos ℥ j. fiat clyſter ſine oleis: nam pinguia retundunt vim purgatricem, alioquin poſſis addere oleum aliquod cephalicum, vt chamæmeli, liliorum, anethi, laurini.

Pilulæ. In morbis à bile præſcribes pilulas aureas, vel ſine quibus, vel diapruni ſolutiui ʒ vj. au

confe

confectionis hamech cum ℥ iiij. aquæ bethonicæ, vel

℞. Rhabarb. elect. ʒ ij. ſantali citrini ℈ ij. infunde in ℥ iiij. aquæ cichorij & bethonicæ, in expreſſione diſſolue ſyr. roſ. ſolut. ℥ j. diapruni ſolutiui ℥ ij. aut iij. fiat potio, vel *Purga in catarrho cado.*

℞. Diaphœnici, diapruni, vel conf. hamech ℥. ß. vel diacarth. vel elect. de ſucco roſar. tantundem cum ſaccharo fiat bolus, vel cum ℥ iiij. aquæ beth. potio.

In catarrho frigido.

℞. Maſſ. interior. pilul. coclear. & indarum ana ʒ. ß. cum ſyrupo de ſtœch. fiant pilulæ v. quas deglutiat poſt primum ſomnum, vel *In catarrho frigi. pilulæ.*

℞. Pilul. de agarico & aurearum an. ℈ ij. cum aqua bethonicæ, vel ſaluiæ, infuſionis trium granorum diacridij, fiant pilulæ ſex molles, deaurentur, ſumendæ hora ſomni, vel diaphœnici ʒ vj. cum aqua ſaluiæ, vel calendulæ, vel *Pilulæ.*

℞. Quinque radic. aperientium in aceto macerat. an. ʒ iij. bethonic. ſaluiæ, maioranę, ſerpilli an. M. ß. florum anthos, ſtœch. ana p. j. ſemin. aniſi & fœnic. an. ʒ. j. folior. ſennæ mundat. ℥. j. ß. fiat decoctio. In colaturæ ℥ viij. diſſolue ſyr. roſar. pallidar. compoſiti cum agarico ℥ ij. ſyrupi de ſtœchade ℥ j. fiat apozema in duas doſes aromatizetur cinnamomo. Ex eadem materia poteris comparare ſyrupum ſolemnem aucta doſi purgantium & alterantium, exempli loco, *Apozem* *Syrupus magiſtralis.*

℞. Quinque radic. aperientium, radic. & ſeminis pæoniç an. ℥. ß. beth. verb. ſerpilli, ſaluię, maioranæ an. M. j. flor. anth. ſtœch. an. p. ij. ſem. aniſi & fœnic. an. ʒ ij. folior. ſennæ mundator. ℥ iiij. turbith electi gummoſi & agarici ana ℥ j. zinziber. ʒ j. fiat decoctio. In colaturæ ℔. j. diſſolu. ſacchari q. ſ. fiat ſyrupus mediocriter coctus, quo vtatur bis in menſe cum aqua bethonicæ, aut ſaluiæ, doſis ℥. j. ß. Quod ſi prima non ſatis purgarit, augeantur reliquæ ad ℥ ij. aut infunde ʒ j. rhabarb. in aqua beth. in expreſſione diſſolue ſyrupi præſcripti ℥. i. ß. Si placet ex eodem ſyrupo conficies opiatam laxatiuam addendo trochiſcor. alandaal, lapidis lazuli, aut diacridij ʒ ij. conſeruæ alicuius cephalicæ ℥ ij.

Opiata laxatiua.

diamoſchi dulcis, vel diambræ, vel lætificantis Galeni ʒ j. fiat opiata, de qua capiat ſemel, aut bis in menſe ℥ j. pro doſi, adde vt iſta cathartica indefinita reſpiciant partem affectam, atque etiam vt ſint gratiora conſerue alicuius cephalicæ, vt bethonicæ, acori, anthos, ſtœchados duas, aut iij. drachmas pro doſi. Diamoſchi, aut diambræ ℈ j. cum ſyrupo conſeruationis citri fiat bolus.

Roborantia in frigida deſtillatione.

Antidota exiccantia & roborantia cerebrum vt theriaca, mithridatum, aurea Alexandrina in frigido rheumatiſmo. Electuaria recreantia cerebrum, vt diambræ, diamoſchi dulcis. Aqua theriacalis dicta, ſumpta & capiti admota, excrementa cerebri ſiccat & partem roborat, in deſtillatione frigida, vel confect. alkermes & de hyacintho, vel,

℞. Aqua

℞.Aquæ vitę rectificat. q.ſ. infunde florum & ſummit.roriſmar.ʒ vj.cinnam.elect.℥ j.nucis moſchat.garyophillor.granorum iuniperi, corticis citri,florum ſaluiæ ana ℥.j.ß.radic.angelic.& imperator.ana ℥ ij.theriac.vel mithridatij an.℥.j.confect. alkermes ℥.ß.radic. pæoniæ ℥ j. diſtillentur lento igne baln.Mariæ, & ſeruetur aqua in vaſe vitreo bene obturato tanquam pretioſa, quæ ſumpta ſemel, aut bis in hebdomada ieiuno ſtomacho ad cochlear j. per ſe, vel cum iuſculo horis tribus ante prandium confert ad imbecillitatem cerebri & ventriculi,refocillat ſpiritus,auget memoriam, & colico dolori à flatibus mirificè confert nec nō omnibus affectibus à cauſa frigida ortis. Sequens aqua Imperialis iiſdem pollet viribus, paratur tamen facilior. *Aqua imperialis*

℞.Folior.ſaluiæ,maioranę,pulegij,ſummit. roriſmar.thymi, fœniculi,& lauendul.an. M.j. cinnamomi,nucis moſchatæ an.℥ j.garyophillor.contuſor. ℥ j. pomum granatorum ponderis ℥ iiij.radic. imperator. & gentianæ an.℥ j. angelic.℥.ß.ligni aloës ʒ j.ſacchari ℥ iij.mellis ℔.ß. aquæ vitæ ℔.j.vini albi ℔.ij. diſtillentur in balneo Mariæ, aqua ſeruetur in vaſe vitreo ad vſum ſupradictum. Ad idem laudatur & efficaciſſimus eſt liquor quem balſamum vitæ vocant,magnatibus familiaris,deſcript. *Alia.*

℞.Flor.ſaluiæ exſiccat.℔.j. cinnamomi electi, garyophillorum, nucis moſchatæ, piperis, zinziberis, cubebarum, cardamomi ana ℥ iiij. puluerētur omnia & ſimul miſceātur in alem- *Balſamus vitæ.*

bico vitreo cæco, affundendo aquam vitæ vt quatuor digitos ſuperemineat, & alembici pileus cum bocia exactè lutetur ne quid expiret aut exhalet, digerantur octo diebus in fimo equino, vel balneo Mariæ, deinde ablato pileo cæco, adhibeatur bociæ pileus ſeu operculum roſtratum, diſtillentur ſuper cineres moderatè calidos ad ſiccitatem vſque: ſerua aquam primam tanquam pretioſam, fęcibus ſuperaffunde aquam pluuialem, digerantur vt ſupra, duorum dierum ſpatio, deinde iterum diſtillentur igne lento cineribus calidis, inuenies oleum pauciſſimum cum aqua: oleum confert paralyticis, apoplecticis, lethargicis, catarrho ſuffocante, oppreſſis ad guttam j. aut duas ex pauco iuſculo, aut aqua accommodata exhibitum: aqua verò prima confert mulieribus difficilè & laboriosè parientibus, ad cochlear j. vel dimidium ſumpta, cruditatibus ventriculi, & colicis affectibus. Ex capite mortuo ſal extrahi poteſt, vel

Ad catarrhũ præſufficantem.

℞. Conſeruæ florum ſaluiæ, anthos, acori, ſtœchados an. ℥ vj. mythrid. veteris, vel theriac. veter. an. ℥ ij. diambræ, vel diamoſchi ℈ ij. cum ſyr. de ſtœch. fiat opiata, de qua capiat manè & ſerò, quantitatem auellanæ ſuperbibendo parum aquę ſaluiæ.

Opiata roborans.

Roborat etiam caput & cerebrum deambulatio per loca amœna, vt viridaria, hortos, in quibus flores varij longè, latéque blandos & flagrantes habitus ſpirant, qui ſpiritus animales & cerebrum refocillant.

Deambulatio per viridaria & hortos blandè flagrantes.

Iuua-

Iuuabit quoque audire ſonos ac concentus ſuaues fiſtulæ, tibiæ, teſtudinis & puerorũ concinnentium ſymphonias, quia lætitia animi eſt mater ſanitatis corporis.

Roboratio cerebri & capitis per victus rationem.

CAP. XIX.

VLtimus ſcopus curationis rheumatiſmi, erit firmare caput, daréque operam, vt ἀσθένεια, imbecillitas, ac habilitas quædam, & procliuitas ad patiendum, tollatur, vel ſic emendetur, vt in poſterum, caput non tam facilè excrementa colligat. Et ſanè capitis infirmitas gignit, fouet, rediuiuóſque facit rheumatiſmos. Porrò caput imbecillum eſt, vel ſtatim à prima origine, vitio, intemperaturæ natiuę, vel malæ conformationis, vel ex accidẽti, vt, quum ſtudio intempeſtiuo cerebrũ eſt defatigatum: laboribúſque immodicis ſpiritus & facultas animalis exhauſta. Nam in actionibus vehementioribus, pars illa, quæ diutius quàm par ſit laborat, tandem imbecillior redditur ac inualida fatiſcit. Hinc ſequitur huiuſmodi homines excrementoſo eſſe cerebro, humoréſque crudiores ac putreſcentes accumulare. Quos haud dubiè accurata προφυλακτικῇ ac precautione, vincere oportet. Alioqui ſi illis nulla victus ſui cura adfuerit, aſſidua capitis deſtillatione conflictabuntur.

Pars quæ vehementiùs & diutiùs laborauit fit imbecillior.

Firmabitur itaque caput & cerebrum opti-

ma caſtigatáque viuendi formula ſequens.

Aër & cubiculum in omni rheumatiſmo, ad ſiccum vergat. Vitetur aër ventoſus, fumoſus, pluuioſus, flatus aquilonius, pręſertim qui per rimas aut loca anguſta ſpirat.

Vitetur etiam ſtatio longa ſub æſtu, radiis ſolis & lunæ. Manè antequam à lecto ſurgat, vtatur frictionibus apotherapeuticis, hæ enim reuellunt à capite, & excrementa vacuant per cutim, & partes firmant.

n caput becillũ cãdum quomo-

Si caput eſt valde imbecillum, præſtat partes inferiores à ſuperioribus, deorſum verſus, fricare. Caput autem poſtremum leuiter tantùm fricabitur, & pectetur ſine curioſa & valida longáque frictione, molles enim frictiones & blandæ roborant, modò imbecillitas ſola abſit ſine dolore.

Manè qui deſtillationes vitare volet, procurabit omnes ſuperfluitates noctu collectas excernere per ductus naturales & emiſſaria cõſueta.

xercita-io.

Exercitatio quotidiana cibum præcedat, ab exercitatione euitabit aëris exceſſum iniuriáſque, præſertim flatus Aquilonios, mutabitque induſia, ſi ſudore madeſcant.

ictus ra-io.

Victus ſit tenuis, quia repletio eſt nutrix catarrhi, cœnandum parcè vt ſis noctu leuis, ſit tibi cœna breuis, quia copioſiori alimenti vapores ſuggerunt pabulum catarrho, & diſtrahitur calor à coctione catarrhi occupatus in alimento concoquendo, eſuriant, ſitiant, vigilent, qui rheumata curant. Abſtinendum vino, ſaltem mero, quia vinum carebaricon eſt ſeu

Vinum καρηβαρικόν.

grauans

grauans caput, & ſi vtatur, modico vtendum eſt. Profuerit etiam loco vini in epulis exhibere decoctum zarzæ parillæ vel chynæ.

Declinabit frequentiorem vſum iuſculorum & iurulentorum, victúmque humidiorẽ. Cùm enim cauſa catarrhi & deſtillationis ſit humor ſeroſus, aquoſus & tenuis, fluxilis, ad cauſæ ablationem opus eſt victu ſiccante. Hac etiam ratione vitabuntur fructus horæi, cucumeres, mora, pruna, mala, acetaria, imò & piſcium frequentior vſus, quæ omnia etſi pichrocholis & bilioſis conferant: tamen quia ſuperuacanea & excrementa frigida humida copioſè gignunt, ſcilicet materiam & cauſam continentem deſtillationis, fugienda ſunt. Vitabuntur etiam alimenta omnia excrementoſa, dura, pertinacia coctu, vaporoſa quoque, vt legumina, radices, allia, cepæ, fungi.

Defluxi- nibus c noxij v tabunt ſ roſa, hu diora.

Aſſa elix meliora: quia plu habent ſ ci alibili minus ſu peruaca- nei hum ris.

Excreme toſa.

Vaporoſa.

Tempore rheumatiſmi potus erit decoctio hordei, addito pauco aniſo vel cinnamomo, ſaccharata aqua, hydromeli cum cinnamomo, niſi ſtomachus, vel conſuetudo, viriúmque imbecillitas reclamarint. Tum enim modico vino vtendum, vt diximus.

Et ſi humectet, tamẽ minus implet caput quàm vinum.

Vitabit potum aquæ frigidæ, imò omnem potionem frigidam, niſi fortè catarrhus & eius cauſæ ſint calidiora. Bibere ſtatim primis epulis, vel inchoare cœnam aut prandium à potu multo, ciet rheumatiſmum, & auget.

Potus.

In fine menſæ ſumantur bellaria claudentia os ventriculi, vt cydoniatum, pyrum accuratè coctum cum ſaccharo, vel puluis pepticus roborans.

deſtil- ionibus na ſit ior pra .

Cœna ſit leuior, & minor prandio in rheumatiſmo, præſertim frigido quanquam in bene valentibus Galenus & Veteres cœnam prandio largiorem eſſe velint. Nam alimenta copioſa in cœna ſumpta augent rheumatiſmum in propenſis ad deſtillationes, non ſolùm quòd multùm euaporent ob cruditatem ſtomachi, ſed etiam quòd plus alimenti tranſmittant ad cerebrum, quàm ſit ex vſu.

ibo vi- da ani vehe- ns con- tio.

A cibo multa cogitatio & vehemens animi contentio debilitat cerebrum: atque ita cauſæ ſunt copiæ & aggregationis excrementorum in cerebro, infirmántque coctricem & retentricem, excrementa liquant, agitant, & deturbant, adde etiam quod vapores à viſceribus ad ſuperiora rapiunt.

mnus.

Somnus meridianus ſtatim à cibo copioſo, & præter conſuetudinem, caput implet & graue reddit, coctionémque alimentorum magis turbat, & corrumpit, quàm iuuat: ſolis enim ſenibus conceditur: Ita enim Homerus de Nectore

Vt lauit ſumpſitque cibum dat membra ſopori,
Namque hæc iuſta ſeni.

Somnus etiam matutinus nimius & in altum diem productus caput implet, ita non aſſuetis, fugiat aërem frigidum & humidum, ne diu dormiat, quia longior ſomnus humectat, & fumis replet caput. Vigiliæ verò deſiccant.

Nocet ſupinus decubitus, quia calefacit renes, vnde per ſpinam multi vapores aſſurgunt ad cerebrum, dormiant erecto capite, præſer-

tim

tim qui ſunt obnoxij deſtillationi in pulmones. Dormiant capite eleuato in latus alterum declinante.

A cœna, qui ſunt obnoxij deſtillationibus, vitabunt ſomnum duabus aut tribus horis. Fallent tempus molli deambulatione, & colloquiis iucundis. Vitabunt meditationes longas & peruigilia nocturna, lucubrationes, nam caput implent.

Nihil peſtilentius rheumatiſmo quàm ſi dormituri bibant.

Proſunt etiam laconicum & ſtuphę ſiccę, niſi catarrhus manifeſtè ſit calidus, & iecur plus ſatis incaluerit, benefacit hydroticum guayacum, chyna, ſarſaparilla, quinetiam pro ordinario potu vtantur per aliquot dies ſecundo decocto in catarrho frigido.

Geſtandus pilleolus (vt ſis diu ſenex, ſis citò ſenex) qui caput frigidum defendat ab aëris iniuriis, poterit infarciri puluere cephalico. Caput operiatur ita, vt non nimis æſtuet, nec frigeat: cauendúmque ne operimentum capitis arctius ſtringat caput, quia hoc implet calfaciendo & trahendo, aut laxius, mobiléque fluitet, vtile tamen fuerit procurare, vt caput noctu calidius paulò habeatur, vt vapores tranſpiret, præſertim ſpirante Aquilone.

Quemadmodum cùm retentricis imbecillitate, aut excretrice à cauſa morbifica laceſſita, exeunt de cerebro, retinenda, quia intempeſtiuè fluunt & maiore impetu: infiniti morbi in toto, & in ſubiectis partibus oriuntur: Ita

quando in cerebro ipſo retinentur excernenda, in ipſomet cerebro tanquam in ſubiecto naſcuntur iam commemorati affectus, apoplexia, epilepſia, &c. Retinentur verò, vel obſtructis viis, vel excretricis impotentia. Quibus cauſis oppoſuimus errhyna, & maſticatoria, quæ vim haberent detergendi & aperiendi: Topica quoque reſoluentia, quæ naturam onuſtam per ſuturas liberarent, cerebrúmque ipſum roborarent, generalibus præmiſſis purgatione & venæ ſectione. Sanè qui ex retentorum & excretorum ametria non tantùm cerebri, ſed omniũ ferè morborum cauſas repetiuerit tanquam ex primo fonte, ille cum ratione fecerit: Nam à retentis fiunt in cerebro, in toto, vel in ſubiectis partibus ferè omnes morbi. Si cerebro humido ſiccæ ſunt nares, deſtillationes capitiſque morbi ingruunt, quíque foris ſplendent, intus ſæpè ſordent ſecundùm Fernelium libr. 5. pathol. cap. 4.

…ib. ex…iora ni…t inte…ra ſor…nt, & …tra: …ib. ex…iora ſor…nt, inte…ra ni…t.

De Coryza & Grauedine.

Cap. XX.

…ryza di…o equi…ca.

Coryza, grauedo Latinis dicta, fuit Veteribus, etiam Hippocrati, ex authoritate Celſi, genus ad omnes deſtillationes: at poſt tempora Hippocratis cępit vſurpari pro illa deſtillationis ſpecie, quę priuatim & particulari nomine, nobis grauedo dicitur. Ea eſt autem mucoſa defluxio, in qua humor tenuis, crudior

ἀθρόως

ἀθρόως,& confertim per nares defluit. Catullus in ſuo epigrammate, Coryzam magis ſignificare, quàm nominare videtur, dum ſcribit,

A te ſudor abeſt, abeſt ſaliua,
Mucúſque & mala pituita naſi.

Signa Coryzæ & Grauedinis.

EMphraxis, & ſtipatio membranæ craſſę foraminulentæ, & oſſis ſpongioſi adeſt. Meninx enim foraminulenta, prima fluxionem in coryza admittit: deinde oſſa ſpongioſa, tandem nares à defluxione confertim irruente imbuuntur & tumeſcunt. Sed hic quærat fortaſſis aliquis, quî fiat, vt meatus dictæ meningis, & oſſis ſpongiæ æmuli, ſtipentur & conniueant in grauedine, cùm humor ſit tenuis, & ſeroſior. An quia humoris fluxio in coryza, ruat affatim in oſſa ſpongioſa, vnde obſtructio? An quod ſpiritus flatuoſi miſceantur cum excrementis crudis? Videntur enim plerumque foramina alia reddi anguſtiora ab humorũ fluxione, vt cum pupillæ foramen ſit anguſtius à phlegmone, aut humorum decubitu: & fauces ſic redduntur arctæ, & cõniuentes, vt cibus deuorari nequeat. *In angin* Idem quotidie obſeruamus in panno aut tela: quæ ſicca poros habent patẽtes & permeabiles in madefactis verò meatus cõniuent, fiúntque arctiores. Aliud ſignum & ſymptoma coryzæ, *Noxa odoratus.* eſt noxa odoratus. Nam ob ſtipationem oſſis ſpongioſi & membranę foraminulentę odores non feruntur ad organa olfactus.

x inſu-ta per res eli-ur. Vox obtunditur, ex ſententia Celſi, & quotidiana obſeruatione, imò ſermo ac loquela infuſcant, etiam magis quàm vox. Narium enim foramina, ſermoni magis quàm voci famulantur, hoc ſymptoma (Naſitatem) Arabes medici vocant, quod vox & ſermo velut è cineribus ſtipatis, obſcurior grauior elidatur.

Sonát aures ex teſtimonio Celſi, etiam ſi neruus, qui fertur ad organum auditus, non explátetur à coniugatione, quæ mittit ramum ad *obus na ubet, ſſeſcit, rit.* membranam internam narium. Globus naſi rubet & craſſeſcit cum calore & pruritu.

res ſtil in gra-dina. Nares, ἀθρόως ſtillant tenuem ac liquidam, crudámque pituitam, vt pueris contingit. Hyeme ſæua aquilonéque flante.

Fluxiones in coryza affatim ruentes in nares, ferè ſunt ſeroſæ, frigidæ, liquidiores, inſipidæ, interim tamen acres & ſalſæ, ídque initio fluxionis. In progreſſu tamen mali, materia cocta, fit craſſior, μυξώδης, & mucoſa.

ernuta-enta fre-entia. Sternutamenta frequentia, ob flatuoſi ſpiritus cum excrementis pituitoſis commixtioné, nam qui grauedine laborant, ij multam humiditatem, ac ſpiritum flatuoſum, vaporémque in cerebri ſinibus, ac partibus cauis colligunt: qui proritat facultatem expultricem, ad humiditatis flatuoſæ excluſionem. Hinc ſternutamétum de cuius ratione, cauſis, & natura, & quæ ſternutamenta mala ſint, at quæ ſalubria, vide Mercurial. Duret. Iacot. & Franciſc. Alpin. in prognoſim Hippocrat.

Priuſquam ad coryzę, grauediníſque curationem

tionem veniam,illud quęri poteſt an in grauedine, pituita illa tenuis, confertim per nares deſtillans, ab iiſdem locis promanet, à quibus mucus & excrementum μυξῶδες in hominibus ſanis quotidie defluit. Galenus ſanè & Mauritanorum familia,recentioréſque ferè omnes exiſtimant, & in ſanis & laborantibus grauedine,ab anterioribus cerebri ventriculis, & tuberculis, papillarum mammarum æmulis, ab anterioríque parte cerebri, & ſpatio inter meninges & cerebrum, per meningem foraminulentam, hinc per organa olfactus, oſſáque ſpongoide excrementa cerebri tranſcolari in nares: Sed in ſanis ea excrementa eſſe pauciora ac in tranſitu, longa mora coqui, incraſſari fieríque myxode ſeu mucoſa. At in laborantibus grauedine à cerebro per eoſdem meatus,ſtillare affatim calidam & aquoſam pituitam,aut acrem,mordacémque,ſed tenuem humorem, húncque fluxum eſſe non naturalem, quod ſcilicet ſit ſymptoma morbi: intemperaturæ cerebri,cum humore redundante, háncque deſtillationem reſpondere lienteriæ ac fluori alui.

Galeni Arabu opinio probat

Contra recentiorum nonnulli negant à ventriculis cerebri, excrementa per meningem foratam,aut oſſa cribri,aut ſpongię æmula, poſſe expurgari in nares: propterea quòd à dictis ventriculis via nulla pateat ad olfactus organa, nec ad tubercula mammillaria quodque omnes cerebri ventriculi, per decliues meatus in choanem,dein glandulam & ſubdita foramina

Ratio anatom indicant Galenum lucinatũ fuiſſe.

ſtillent excrementa in palatum, tandem ad nares & os. At in laborantibus coryza & grauedine, quoniam cerebrum intemperie & ſubita refrigeratione ferè laborat, cum humore excrementitio, fit non ſanè à ventriculis, ſed vel à tuberculis mammillaribus, aut anteriori peripheria cerebri, aut ſpatiis inter cranium & membranas, per olfactus organa in oſſa ſpongiæ æmula, tandem in nares, ſed præter ſtatum naturæ ordinem, & vi morbi. Nam in benè valentibus hi etiam negant excrementa muçoſa à tuberculis mammillaribus tranſcolari per membranam foraminulentam & olfactus organa in nares: tantum abeſt, vt à ventriculis aliquid deſtillet per dictos meatus. Porrò excrementa cerebri, quæ vacuationem per nares βλένας καὶ βλέννας antiqui, atque etiam Hippocrates vocat, ſcilicet humorem excrementitium pituitoſum, lentum, album. Hinc homo μυξώδης, mucoſus dicitur βλέννος, qui etiam allegoricè ſumitur pro ignauo & ſtupido. Λήμη eiuſdem eſt naturæ cum βλέννα, ſed de excremento pituitoſo & ſorde, quæ in oculis colligitur, ferè dicitur: Latinis autem lippitudo, id eſt pituita craſſior, ſemicocta, circa oculorum membranas concreſcens ob partium oculi imbecillitatem. Μύξα excrementum eſt illud naturale mucoſum, quod in ſanis quotidie vacuatur per nares, modò coctum, craſſum, modo crudum, liquidum. Sumitur etiam ſæpè pro muco vel mucore illo lento, albo, pituitoſo: qui in partibus exanguibus colligitur, vt in articu-

...un pi-...ta craſ ...r in cir- oculorũ ...mbra- ...s.

lis

lis oſſium circum oſſa, cartilagines, membranas, omnéſque partes neruaceas, præſertim cùm alimentum ſuum nequeunt probè concoquere. Μύξα aliquando contra naturam eſt, vt cùm in articulis nimium ſuccreſcens claudicationem & dolores creat, vnde dictum ab Hippocrate, Quibuſcunque à coxendicum dolore moleſtatis, excidit coxa, iis mucores ſuperueniunt: fitque exarticulatio, & laxatio, ab articulorum immodica humectatione ac lentitia. Et in vtero cum acetabula, quæ ſunt ora vaſorum, quibus ſecundæ alligantur vtero, μύξαις mucoribúſque opplentur, fit aborſus. *Μύξα.*

Curatio Coryzæ & Grauedinis.

CVrationem grauedinis auſpicamur à vacuatione plenitudinis, aut cacochymiæ totius corporis. Dein particulatim à vacuatione capitis & cerebri. Tandē veniēdum ad expediendā obſtructionē meatuū narium & meningis. Quod ſi primùm velis inceptare curam recludentib. ἔμφραξιν narium & oſſium σπογγοειδῶν, coryzam & grauedinem auxeris geminabíſque. Proinde vltimo loco humorem inhærentem meatibus oſſis ſpongioſi, & narium exhauries topicis remediis, per ſuturas capitis reſoluentibus, & ſiccantibus: per os diamaſſematis, per nares ſuffitu, per ſcapulas cucurbitulis admotis: victu ſiccante, capite firmato. Quorum remediorum materia, formulę, & ſchemata, vtendíque ratio petenda, ab his, quæ paulò *Ordo in curandis morbis diligenter obſeruandus.*

ante ſunt fuſiſſimè prodita in methodo vniuerſali. Purgatio autem in hoc affectu per infernas partes eſt facienda. Vomitus enim grauedini aduerſiſſimus.

Remedia topica quæ faciendo medicinam efficaciſſima comperi, ſunt ſuffitus vſu comprobatus, poſt corporis purgationem. Lamina ferrea igni ſubiiciatur, donec candeſcat, aut rutilet, mox calfacta aceto roſato irrigetur. Vaporémque ex ea ſublatum per nares recipiat æger, hoc enim calfacit, ſiccat, repellit, roborat. Aliud remedium.

dulus. ℞. Seminis nigellæ Romanæ ℥ j. ſeminis aniſi, cymini an. ʒ ij. conquaſſentur & nodulo includantur, naribúſque ſæpè apponantur olfactanda.

De Catarrho veterum particulatim, id eſt, deſtillatione in partes oris.

CAP. XXI.

A Quatuor cerebri ventriculis redundantibus nimia pituita, vel ſeroſis excrementis, excrementa defluunt per decliues meatus ad infundibulum, quod Choane dicitur & πύελος, dein glãdulam, quæ ſub dura cerebri membrana in baſi cranij, proprio ſinu locatur, è glandula, excrementa decumbunt in palatum, per omnia foramina in caluariæ baſi, venis, arteriis, neruiſque tranſmittentibus aptata & exculta, & à ſuperna parte palati, vel feruntur in

oris amplitudinem, vel in narium meatus. Itaque à ventriculis cerebri, ſi fluxio feratur ad oris partes, plerumque occupat antiades, quæ & paristhmia, Latinis tõſillæ, Arabibus amygdalæ. Sũt qui diſtingunt pariſthmia à tonſillis, tamen ſæpiùs pro re eadem vſurpantur. Porrò tonſillæ ac dictæ glandulæ tument inflantúrque facilè, primùm ratione ſubſtantiæ, quia glandulæ: & ratione muneris & vſus, quia trahunt, & facilè admittunt à vicinis partibus aquoſa excrementa, vnde glandulæ, *βιλιαχοὶ*, id eſt ſaliuatrices, quod pituitam linguæ, faucibus, & toti ori impertiuntur. De hoc vide infra in ptyeliſmo. Inflantur, inflammantúrque etiam facilè tonſillæ, ratione loci: quia multis venis & arteriis obſitæ, velut in quadriuio, vbi multa vaſa concurrunt, locantur.

Tonſillæ tumentes aliquando celerrimè ſuppurantur, ſolo naturæ, & loci calentis beneficio, aliquando biduo, aut triduo, ob poſitionem & ſitum in loco calido, humido. Adnotatione dignum & illud, humorem qui à cerebri ventriculis aut locis aliis vicinis cerebri defluit in antiadas, ſi mediocris fuerit quantitate & qualitate, ſaliuam efficere, qua humectantur lingua, fauces, & aliæ corporis partes. Sin abundantior humor fluxerit, quam ſit ex vſu, ſigatúrque & inhæreat glandulis, tumorem generare pituitoſum vel phlegmonodem, qui facilè ſuppurat aut in ſcyrrhoſam duritiem degenerat. Vidi enim tonſillas aliquando ſic intumuiſſe, ac induruiſſe, vt nullis remediis e-

molliri potuerint. Quod & contingit nonnunquam in teſtium ſcyrrhoſa, ſaxeáque duritie relicta ob immodicam & intempeſtiuam reſolutionem, vel refrigerationem per imperitos aut imprudentes chirurgos. Remedia tonſillarum tumentium aut inflammatarum mox videbis.

De deſtillatione in Gurgulionem & vuam.

CAP. XXII.

GArgareon, Gurgulio, particula eſt oblonga, fungoſa, carnea, propendula in fine palati, vbi narium foramina obliquè deſcendunt, latior, in baſi, vbi palato continuatur, inferius verò acutior, pyramidis inſtar. Laxatur autem facilè, dum imbecillior imbuitur largiori pituita, & plerunque adeò laxatur, vt ad mediam linguam aut anteriores dentes protendatur, inſtar caudæ muris, aut pyramidis paruæ. Cùm autem laxatur, ſuperiorem œſophagi partem tangit, & nauſeam parit: ægérque perpetuò aliquid deglutire velle videtur, & his notis poteſt id vitij cognoſci etiam ſine inſpectione. Itaque ſi à defluxione frigidæ pituitæ laxatur ſine inflammatione, corpore purgato, curabitur contactu piperis puluerati, & ſubleuatione per caudam cochlearis, aut ſpecilli, in quo ſit puluis calfaciens, ſiccans, adſtringens, ex pipere, ſidiis, balauſtiis, alumine, roſis rubris, licebit etiam vti gargariſmate admodum adſtringente. Col-

te. Collutiones tamen oris fiant in hoc affectu ſine multo gargariſmate, collutione ſeu agitatione. Abſtinendum à vino in omni viſcerum & partium inflammatione in cephalalgica, catarrhi defluxu & in paralyſi, quia in hac potiſſimum acceſſit, & eſt καριβαρικόν.

Ad inflammationes columellæ, tonſillarum, & aliarum partium oris.

INflammationes omnium oris partium curantur, vt angina à miſſione ſanguinis & purgatione. Vtendum collutionibus & gargariſmatis, deinde digerentibus. Et ſi ad ſuppurationem ſpectare videantur, ſuppurantibus, rupto tandem abſceſſu, tergentibus.

Porrò collutiones, & gargariſmata adſtringentia ad fluxiones in os, trium ſunt generum, nempe mitiorum, valentium & valentiſſimorum & ſummè adſtringentium. Gargariſmata ſint ſapore & odore non ingrata, vt quę parantur ex ſuccis fructuum acidorum & auſterorum, vt malorum punicorum, oxyacāthę, id eſt berberis, ceraſorum acidorum, ſorborum, cotoneorum. Succi poſſunt ſeruari in phiala, ſuperinfuſo oleo. Poſca dilutione, & oxygerato. Ex ſuccis, vel decoctis foliorum plantaginis, vuæ acerbæ, omphacis, polygoni, rubi, rubi canini, agrimoniæ, ſummitatum vitis, capreolorum, foliorum pyri agreſtis, & reliquarum arborum adſtringentium. *Succi mitiora repellentia.*

Ex aquis ſtillatitiis herbarum, & ſimplicium *Aqua ſtillatitia.*

adſtringentium, vt roſarum, peculi, vel pediculi roſarum, plantaginis, ſolani, myrti, myrtorum.

le re- ntia. Gargariſmata & collutiones quæ valentius adſtringunt, repellunt, parantur ex auſteris, & acerbis, vt ex malis cotoneis adhuc acerbis, decoctionibus vel ſuccis cymarum, ſurculorum, ſummitatum arbuti, ſmilacis, fagi, foliorum teneriorum quercus, foliorum roſar. rubrarum, rubi, glandium, meſpillorum, cornorum, ſorborum.

ntiſ- repel- . Valentiſſima & acerbiora fient ex pleriſque ſupradictis, ſed auſteriuſculis & acerbioribus, qualia ſunt, mala cotonea longè ante maturitatem, galliæ, & harum decoctum, hypocyſtis, rhu opſoniorum, fructus ſpinæ Ægyptiæ acacia dictus, balauſtia, cytinus, malicorium, alumina omnia, calcanthum, æris ſquamma.

Initio mitioribus & ſimpliciter adſtringentibus vtemur, defendentibus fauces & oris partes à fluxione. Sed medicus rationalis, & longo vſu exercitatus ſtomachica modò mitiora, modò valentius adſtringentia, ſed commodiora, gratioráque deliget, pro ægri natura, ſenſu, temperamento, & anni parte. Exempli gratia,

gariſ- ℞. Aquarum plantag. pediculi roſar. matriſſyluæ an. quart. j. ſyrup. de roſis ſiccis, vel de granatis acidis ℥ ij. vel rob. diamoronis ℥ j. fiat gargariſmus qué teneat in ore calidè, frequenter ſine agitatione.

ug- o. In augmento miſcebit adſtringentibus re-

ſoluen-

ſoluentia:qualia ſunt paſſulæ, ficus, liquiritia, hordeum integrum,cicera rubra, cremor hordei,paſſum tepida.

In ſtatu,ſolis vteris digerentibus. Digerentia valentius ſunt decoctum hyſſopi cum mulſa, decoctum origani, calaminthæ, hyſſopi cum mulſa, ſuccus caulium braſſicæ cum melle, ſinapi tritum mulſæ mixtum. Vbi imminet periculum ſuffocationis.Galenus vtitur valentiſſimè digerentibus ex ſinapi, gentiana, ariſtolochia,&c.cum aceto.Galenus omnibus temporibus inflammationis oris,prꝗſertim in angina & tonſillis, vtitur diacaryon, dianucum, ſcilicet initio, ſyncero ex ſucco nucum viridium cum melle cocto, in fine augmenti & in ſtatu, dianucum medicamento aliquid croci & myrrhæ ad coquendum tandem in declinatione miſcebat ſulphur viuum, aut nitrum, aut acre aliud digerens quod parti impactum fuerat, vel præmiſſis euacuantibus, reuellentibus & deriuantibus. *In ſtat.*

℞.Hordei integri P.j.chamom.& anethi an. M.j.decoquantur,& in colat.℔.j.diſſolue mellis roſ.colati,vel ſacchari roſati ℥ij.fiat gargariſmus. Ad hoc confert litio ex oleis chamom. liliacei, amygdalarum dulcium, & ſimilibus, vel

℞.Mellis optimi ℥iiij.nidi hyrundinum ℥ij. iridis Florent.℥.ß. ſtercoris canis, oſſibus per biduum nutriti ʒ ij.ſpicæ nardi ℈ iiij. croci ʒ. ß. concorporentur cum pauco vino albo, fiat cataplaſma faucibus extrinſecus, & tepidè ap- *Cataplaſma reſoluens.*

plicandum bis in die. Poteſt etiam ex ſolo nido coƈto in oleo chamomelino efficaciſſimum cataplaſma concinnari. A tota ſubſtantia, & tacita proprietate conferunt anginæ & inflammationibus partium oris reſoluendis, rumpendis, diſſipandis ſtercus & cinis hyrundinum, ſtercus canis nutriti diu oſſibus, ſtercus pueri diu nutriti lupinis, vel pane è farina lupinorum, ſtercus gallinaceorum, poterit vtiliter miſceri cum melle, nam deſperatas iuuat anginas Aëtio, filum lixiuio incoƈtum, filum laneum, purpura tinƈtum.

Si angina aut alia inflammatio in quauis parte oris tendat ad maturationem iuuetur, & acceleretur ſuppuratio collutione emolliente, & ſuppurante ex decoƈto radicis altheæ, caricarum, liliorum, paſſular. daƈtylorum, ſeminis lini, Item cataplaſmate è farina ſeminis lini, fœnugræci, frumenti, ficubus, radice liliorum, cucumeris agreſtis, mica panis albi cum axungiis porci & gallinacei addito oleo de lilio foris admoto circa fauces & collum, exempli gratia.

[Ca]taplaſ[ma] ſuppu[ran]s. ℞. Caricar. ping. par. quatuor, paſſular. purgatar. par. decem, florum chamomillæ, ſambuci an. P. j. Coquantur, & ex reſidentia contuſa, & cum mucilaginibus mixta radic. altheæ, lilior. vitellor. ouor. pollinæ farinæ triticeæ, & croco fiat cataplaſma ſuppurans, & pariter ex decoƈtionis liquore gargariſma. Suppuratus abſceſſus rumpatur digito in os immiſſo, vel vnguibus vellicantibus, ſed id fiat ab experto chi-

chirurgo, vel Bacillo, cuius extremitas ſit craſſior, & rotunda inſtar pruni, vel fruſtulo panis duriori & aſperiore, vel compreſſione gutturis exterioris, vel ſcalpello per mediam cannam immiſſo adactóque: ſed prono interim capite, oréque hiante, vt ſanies defluat foras, neque in pulmones deriuetur ægrum ſuffocatura. Cum abſceſſus vel vomica rupta fuerit ſponte vel arte: deinceps eluatur aqua hordei, hydromelite, vel oxymelite ſimplici, vel ſcyllitico ſyr. roſarum laxat. vel ex detergentibus gargariſmis pus eluendum, vlcúſque percurandum eſt. Non eſt autem ea apertio diutius protrahenda, quia ſuppuratio ea oris parte calida, humidáque, multíſque perflata vaporibus citius expeditur, ad rumpendam vomicam.

℞. Stercoris hyrundinum, vel cinis combuſtarum ℥. ß. croci, myrrhæ, ſalis ana ʒ j. mellis q. ſ. fiat opiata, de qua teneat in ore paulatim deglutiendo. *Opiata*

Si æger verſetur in periculo ſuffocationis, malúmque videatur deſperatum, extremum remedium fuerit, arteriam aſperam aperire, non in circulo cartilagineo, ſed carneo, paulò inferiùs, quàm ſit vomica & abſceſſus, poſt diuerſiones & reuulſiones per clyſteres acriores, cucurbitulas maiores & cũ maiori flamma, per phœnigmum ſyncipiti, per gargariſmos magis detergentes, &c.

Quod ad victus rationem attinet, bibant aquam hordei cum ſaccharo, aut hydromeli, aut aquam ſaccharatam.

Vtantur iuſculis, ſorbitionibus, alimentis liquidioribus, ſine maſticatione.

Dormiant capite eleuato, in latus modicè inclinato.

Non loquantur, non fricetur eorum caput, ſed partes inferiores. Aluus ſit mollis, & fluida.

De Aphthis, Vlcuſculis partium oris quæ alcolæ Auicennæ dicuntur.

Cap. XXIII.

SVnt vlcuſcula ſuperficiaria in quãuis oris partem ſerpentia, in palati tunicam, in gingiuas, linguæ latera eiúſque radicem, fauces, columellam, pariſthmia, denique in quamlibet partem membranæ ſuccingentis partes oris, quæ cùm ſint molliores & tenellæ facilè vlcerantur.

Cauſæ aphtharum ſunt defluxio humoris acris, mordacis, vt bilioſi, vel ſeroſæ ſalſæque pituitæ, halitus calidior, & vapor miſſus à cerebro, per œſophagum & vaſa, cæcóſque meatus, vt fit ſæpè in febribus, euaporatio à viſceribus æſtuantibus elata, à ventriculo, hepate, venoſóque genere, ſumma petens, alimenta, vi ignea, & erodente prædita, vt allium, cepę, ſalſa omnia, acria, panis à muribus eroſus, fructus à venenato animali infecti & illati, lac vitioſum, acrius, à nutrice cacochymica & mali habitus, vapor teter & acrior, ab illitu vnguenti Neapolitani.

Diffe-

Differentiæ aphtharum aliæ ſunt mitiores, ſuperficiariæ, ſine depaſtione, vt in infantibus, aliæ malignæ, putres, ſerpentes cum depaſtione, proinde νόμαι & κακοηθεῖς dicuntur, aliæ in medio albę, in ambitu rubicundæ, aut contra, aliæ faciles curatu, aliæ contumaces, & difficiles, quæ degenerant in vlcera putrida, & à depaſcendo νόμαι dicuntur. A lue venerea ferè ſunt malignę & cacoethes, quę ſæpè occupant non ſolùm membranam veſtientem oris partes, ſed & fauces, pariſthmia, columellámque erodunt, & vlcerant: imò nonnunquam operculum laryngis & epiglottidem ſic afficiũt, vt potus, & liquida, ſorbitionéſque deuorari nequeãt, ſed deerrent in tracheã arteriam, vel per nares reiiciantur. Memini me vidiſſe quendam, qui epiglottide, & columella valdè arroſis, nihil liquidi, aut potionis, iuſculi, aut ſorbitionis multis menſibus aſſumeret, ſed buccellas & bolos carnis & panis craſſiores deuoraret facilius, quàm liquidiora alimenta. Sed cur liquida plerumque deuoramus non ita facilè vt ſolida. Obſeruauimus enim in multis, ſolida licet corpulentiora faciliùs deglutiri, liquida autem, & potulenta in nares repelli. Varias ego huius ſymptomatis cauſas agnoſco, eroſionem ſcilicet epiglottidis, paralyſim ſeu reſolutionem muſculorum hyoïdis, tumorem & inflammationem glandularum quæ & in faucibus, & in œſophago ſunt, carunculas molles & fungoſas quæ in interiore œſophagi parte ſæpe adnaſcuntur. Primùm ſi eroſa ſit epiglottidis por-

Differentia aphtharum

Cur aliquando liquida difficilius deuoramus.

Epiglottidis eroſio

tiuncula,ſolidi quidem alimenti pondere facilè deprimetur, atque ita illis in œſophagum patebit aditus, ſed liquida per rimam in aſperam arteriam, quæ tota ob ſolutam epiglottidis continuitatem occludi non poteſt, deerrabunt & fumidi vaporis ſurſum viam affectantis occurſu impulſi, in nares repellentur. Si hyoïdis & laryngis muſculi reſolutionem, aut conuulſionem patiantur, ſolida faciliùs quàm liquida deuorabuntur: quia ſolida prę pondere & grauitate vim aliquam muſculis inferunt, liquida non item.

[Re]ſolutio [m]uſculorum.

Aphtharum curatio.

APhthæ mitiores, vt in infantibus & pueris, à lacte, aut etiam alia ætate, curantur modicè adſtringentibus ſine roſione & morſu, vt iuſculo vel decocto oxalidis, portulacæ, plantaginis cum pauco ſucco vuę acerbæ. Item decocto lenticularum, addito tantillo aceti, ſic tamen, vt non mordicet decoctum. Gargariſmate & collutione oris ex decocto plantaginis, foliorum rubi, roſarum, polygoni, lentium. Collutione oris è ſucco malorum punicorum, oxyacanthę, ceraſorum, vuæ acerbæ, id eſt omphacij, ſyrupo conſeruationis ceraſorum acid. conſeruatione granorum oxyacanthæ, & acinorum vuæ omphacis conditorum. Syrupo aliquo adſtringente, vt de granatis, de berberi & oxyacantha retento in ore, poſca dilutione, vel

℞. Hordei integri, florum roſarum & violarum,

rum an.p.j.prunor. dulcium par.iij. ſeminis a- *Clyſter*
niſi ʒ j.coquant. In colat.℔.ß. diſſolue mellis
roſati colati, ſacchari rubri & olei violati ana
℥ ij.vitellum oui j.fiat clyſter.Quo reiecto affi-
gantur cucurbitulæ ſcapulis.

℞.Mellis roſati colati ℥ j. lambat ſenſim ex
digitis nutricis per horas duas ante & poſt la-
ctationem,vel

℞.Mannæ granatæ ℥ j. capiat cum pauco
lacte nutricis,vel

℞.Rhei pul.℈ j.aut ʒ.ß.capiat cum lacte, vel

℞.Syrupi roſati ſolutiui, vel de cichor. cum
rheo ℥ j.capiat per ſe ex cochleari vel cum pau
co iuſculo, ſi ex cerebri ſympathia.

℞.Gummi ammoniaci ℥ j.ſpicæ nardi,cala- *Emplaſtrum.*
mi aromatici,granorum kermes an.ʒ j. ſemin.
pæoniæ,nucis moſchatæ, macis,garyophillor.
an.ʒ.ß. cum terebinthina magdaleon concin-
netur,ex quo emplaſtra prædicta duo ſuper a-
lutam bene raſam extendantur, admoueatur v-
num ſyncipiti capillis prius raſis, alterum oc-
cipitio inter primam & ſecundam verte-
bram.

℞. Maſtich. cortic. thuris,ſemin. coriandri *Suffitus.*
præp.an.℥.ß.gummi hederæ, roſar.rubr.balau-
ſtior.ſandali citrini,granorum kermes an.ʒ.ij.
benjoini & ladani puri an.ʒ.j. fiat puluis, exci-
piatur mucilagine gummi tragacanthi extra-
cta cum aqua roſar.fiántque trochiſci ad ſuffi-
tum.

℞. Aquæ pedunculi roſar. plant. caprifolij
an. quart.j. mellis roſati colati ℥ iiij. fiat gar-
gariſm.

℞. Aquarum plantag. & acetoſ. an. ℥ iiij. rob diamoronis ℥ ij.

℞. Vini albi ℥ iij. ſacchari roſati ℥ j. aluminis vſti ℥. ß. miſce.

Aqua iuglandium immaturarum in aceto maceratarum, & deſtillatarum, cum melle roſato mixta hic quoque ſingularis eſt & eximia.

Claudentur tandem aphthæ cicatrice, aquæ aluminoſa, vel decocto auſteriuſculo, vt malicorij, balauſtiorum, rubi, polygoni, piloſellę, roſar. rub. rhu, opſonior. id eſt ſumach, lentium, alumine, tamen validiora ex adſtringentium decocto gargariſmata reſpuit tenella ætas.

Porrò aphthę malignæ, quæ tempore, vel cacochymia, vel aſſidua & pertinaci fluxione, latenti vitio, vt à lue venerea fiunt κακοηθεῖς, malignæ & δυσθεράπευσαι validioribus remediis indigent (quæ miſtę ſint facultatis) id eſt acrioribus ſimul & valdè adſtringentibus. Ærugo bulliat cum vino, dein penicillo vel bacillo inuoluto linteo admoue aphthis. Gallam pulueratо, & aceto acri terito, admoue & illine, alumen vſtum cum ſidia terito ac pauco aceto: & penicillo tange aphthas muria cum aceto miſta, admoueatur aphthis. Chalcytis trita & oleo miſta pinna, vel penicillo illinatur. Chalcanthum ſeu vitriolum vſtum cum melle miſtum, illinatur aphthis. Omphacium cum vino auſtero, ſquama æris puluerata & trita, melle commiſta.

Si vlceris & aphtharum κακοηθεία, & malignitas

gnitas adſit aqua Chymiſtarum, vel ſublimatam, vel collyrium Lanfranci quod conſtat ex contrariis adſtringentibus,& acrioribus,vt

℞.Vini albi ℔.j. aquæ plantaginis, & aquæ roſarum an.quart.j. auripigmenti ʒ ij. floris æris ʒ j.terantur ſubtiliſſimè,& miſceantur cum aliis, bulliant parum ſimul, & fiat collyrium: hoc enim mortificat, deſiccat & ſanat vlcus. Sed ea non eſt vſurpanda gargarizatu, ne aliquid deerret in ventriculum & œſophagum, ſed vlcera blandè & cautè ſpecillo vel baccillo inuoluto bombace vel linteolo, attingenda. Rarò etiam vtimur aqua Chymiſtarum ſiue aurificum pura & ſola, ſed ea diluta aqua roſarum,aut plantaginis, aut ſecunda vocata, quæ frequenti vſu mitior eſt reddita.Hac contingimus aphthas penicillo, vel bacillo obuoluto linteo. *Collyriu l'Anfranci.* *Cautio.*

Poſtquam Chirurgus hac aqua tetigit aphthas ſemel, iterum, & tertio, expuuntur multa pituitoſa longo ptyeliſmo. Dein os abluitur aqua roſarum,plantag. aut aqua hordei ad deterſionem & ardorem mitigandum. In aphtharum progreſſu, repellētibus miſcemus aliquid detergens, vt decoctum hordei & cicerum rubror. mel roſatum, decoctum lupinorum, nam à partibus vlceratis, ſemper aliquid reſudat quod detergendum eſt. Illud obiter dicendum, in vlceribus oris, vtendum deterſoriis, deſiccantibus,& modicè refrigerantibus,præſertim cum huiuſmodi vlcera vix abſque inflammatione aut phlogoſi videas. Conueniet igitur

huiuſmodi gargariſmus.

℞. Agrimoniæ, plantaginis, ceterach, ſummit. rubi ſyluestris, folior. polygoni, folior. mali cotoneæ an. M. ij. fiat decoctio. Cui adde ſyrupi roſarum ſiccarum ℥ iiij. In ℔. j. colat. pro gargariſm.

Tandem ad claudendas aphthas & vlcera oris cicatrice, vtendum gargariſmate, vel collutione valdè ſiccante & adſtringente: quale eſt quod ſequitur

℞. Agrimon. polygoni, folior. rubi, piloſellæ, pyri ſyluestris, ſumach, balauſtiorum an. M. ij. roſarum p. j. fiat decoctio in aqua chalybeata & pauco vino rubro. Cui adde aluminis rochę ℥ j. Licebit etiam addere aliquid diamoron, vel ſucci alicuius adſtringentis, & vini rubri valdè adſtringentis.

Illud obiter monendum, poſt illitum corporis ab vnguento recipiente hydrargyrum, ſi aphthæ excitentur ſemel, nunquam ceſſare defluxionem in os, donec vlcera curata fuerint integrè, & dentes deterſi: proinde vtile fuerit confricare dentes aqua Chymiſtarum, vel oleo vitrioli, vel de ſulphure vel aqua forti diluta & emollita aqua plantaginis vel roſar.

...d aphthas cum ...uturno ...yeliſmo. Si aphthę & vlcuſcula contumacius vel vitio hepatis aut totius perſeuerarint, & aſſiduo ptyeliſmo ac ſaliuatione ægrum moleſtarint, vtendum purgatione per inferiora. Hac ratione ſuppreſſimus ſæpè defluxionem in os & ptyeliſmum.

Si his defluxio in os & aphthæ non tollantur,

cucur-

cucurbitulę admoueantur ſcapulis cum ſcarificatu, longa mora, vt tandem puſtulæ excitentur, quibus apertis humor ſinatur aliquot dies ſtillare & vacuari. Si malum ſit pertinax, recurre ad methodum vniuerſalem ſupra traditam: vbi varios modos reuulſionis, & deriuationis dedimus.

Gingiuarum affectus.

Cap. XXIIII.

Gingiuarum affectus ferè omnes à fluxione oriuntur & rheumatiſmo.

Paroulis eſt inflammatio gingiuarum cum tumore: Epoulis caro gingiuę excreſcens & tumens. Gingiuarum nimia mollities & teneritudo, vnde ſæpè in quibuſdam fiunt cruentæ, aut excrementitio humore prægnantes, molliuſculæ, & fluidæ. Gingiuarum corroſio, vlcus, fiſtula. Carnis gingiuarum abſumptio, defectus, à ſiccitate & nutrimenti proprij inopia, vt in ſenibus aliquando à defluxione acri erodente vt in ſcorbuto. Gingiuarum ratione vlceris, eroſionis & putredinis carnis gingiuarum. *Paroulis.* *Mollities gingiuarum.*

Paroulis, gingiuarum inflammatio curatur gargariſmate ex aqua plantaginis, ſuccis & decoctis modicè adſtringentibus, qualis ſuccus granatorum, aqua roſarum, matriſyluæ, ſucc. portulac. ſemperuiui, lactuc. cum pauco ſucco omphaci. Memineris tamen gingiuis inflammatis eſſe aduerſiſſima, acetum, acida, acria, *Paroulis.* *Quæ gingiua in-*

amara, ſalſa, dura. Si paroulis & gingiuæ inflammatio ad ſuppurationem ſpectet, iuuat cremor hordei, decoctum radicis ac ſeminis altheæ, maluæ, paſſulæ, ſeminis lini, ore retentum, vel ficuum & paſſul. exacinat. Hic abſceſſus ſponte, vel arte rumpatur, curetur methodo tradita de angina & tonſillis.

…oulis. Epoulis, gingiuarum caro excreſcens ſine inflammatione, curabitur muria oliuarum, raſura linteoli, lino carpto diu admoto gingiuis, alumine vſto, galla, chalcitide pulueratis & affrictis, admotis gingiuis, decocto malicorij, balauſtiorum, gallarum, ſquama æris puluerata, & in aceto aliquot diebus macerata, ſale torrefacto, trito, dentibus affricto.

Gingiuæ molliores, teneriores, flaccidæ, humores aſſiduò prægnantes. Curantur muria oliuarum, vel oxymelite, cum pauco alumine vſto, ſi nulla fuerit inflammatio, teneat ſæpè in ore ad latera gingiuarum, conſeruę roſarum aliquid vel fruſtulum carnis cydonij conditi ore verſet.

…raſio, …cus, fiſtula. …ngiuarum depaſtio. Gingiuæ malum habitum & imbecillitatem à natura vel aliunde contractam nactę tentantur ſæpè fluxione acri & diuturna: vnde eroſio, vlcus, carnis depaſtio, denudatio, materiæ putridæ collectio, fœtor oris. Pro horũ curatione

Corpus vniuerſum purgetur, deinde caput priuatim vacuetur, vt dictum eſt.

Si gingiua ſit plena ſorde, pituita, limo purulento, Chirurgus repurgabit ſcalpro blando quicquid erit corruptum & vitioſum.

Dein-

Deinde fricabit gingiuas oxymelite ſcylliti-
co, vel addito pauco alumine vſto, vel ſpecillo
obuoluto bombace vel linteo. Tanget gingi-
uas collyrio Lanfranci, aut aqua fortis diluta
pauca aqua roſar.aut plantaginis, vel oleo, aut
ſpiritu vitrioli diluto, vel

℞. Aluminis vſti ʒ ij. mellis roſati colati ℥iij.
miſce, hac miſtura illinantur dentes liuentes,
rubiginoſi, denigrati pituita aut pure limoſo
leni. Radix altheæ blandè emollit dentium
rubiginem, & terget ſine dolore, ſi ea fricen-
tur.

Qui ſtudet dentium candori & tutelæ, quo-
libet mane dentes fricabit tergebítque radice
altheæ, vel alceæ prius maceratis in aqua alu-
minoſa, vel folio ſaluiæ cum vino albo, vel vri-
na pueri, vel panno coccineo madefacto vino
albo, vel miſtura mellis cum momento ſalis
puluerati, alumine vſti, vel

℞. Cornu cerui vſti, ſalis communis torre- *Dentifri-*
facti, tartari, oſſis ſæpiæ, coralli vtriuſque ana *cium.*
ʒ j. fiat puluis tenuiſſimus, quo blandè fricen-
tur dentes dein abluantur vino. Licebit dictum
puluerem excipere melle cum pauco oxymeli-
te ſcyllitico & reducere in opiatam.

Si vlcus ſit in gingiuis ſerpens & depaſcens,
ure alumen, & extingue vino rubro auſtero.
℞. Maſtich. thuris, radicis cyperi an. ʒ iij. a-
luminis vſti, vt dictum eſt ℥. ß. fiat puluis, quo
gingiuas perfricabis, vel melle roſato excipe,
& illine gingiuas.

Vel bombacem, aut linteolum circumuo-

lutum bacillo aut ſpecillo, imbutum oleo chalcitidos, vel oleo de calcantho ſeu vitriolo, vel de ſulphure, admoue gingiuis toties, donec exæquentur & albeſcant, hoc enim κακοήθειαν vlceris compeſcet, roſionem & ambulationem ſiſtet, & vi adſtrictoria vlcus cicatrice claudet.

Ad reſtaurationem carnis gingiuarum eroſæ & depaſtæ.

iata. ℞. Radic. iridis Florentiæ, calami aromatici, radic. cyperi ana ʒ ij. cornu cerui vſti, antheræ vel ſeminis roſarum, thuris, maſtich. an. ʒ j. fiat puluis qui melle roſato excipiatur, fiat opiata qua fricentur dentes, ſerò & noctu maneat ſuper gingiuas, mane abluatur aqua hordei, dein vino rubro.

ici. ℞. Folior. oleæ, vel rubi, plantag. nucum cupreſſi ana M. j. balauſtiorum ℥. ß. roſarum rub. p. ij. aluminis rochæ ʒ ij. fiat decoctio in aqua ferrata, qua dentes abluantur mane, & ante cœnam, & longè à cœna vt tota nocte vis eius maneat ſuper gingiuis.

De den-

De dentium affectibus.

CAP. XXV.

DOlor & ſtupor, proprij affectus ſunt dentium: qui oſſium ſoli, ſentiunt. At ſunt dentium alij communes affectus, cum reliquis oſſibus, vt eroſio, caries, perforatio, liuor, rubigo, denigratio, limus vel limoſitas, vacillatio, verminatio, ſuperadditio, fœtor, denſitas & ſtrictura nimia, lithiaſis & velut gypſea, aut ſaxea durities à ſorde concreta. Cùm dens aliquis dolet, videndum an cauſa doloris quęrenda in dentis ſubſtantia. Nam dentes prothopatheia laborare poſſe vult Galenus quinto catatopous & ſexto de vſu partium: tamen ratio dictat non poſſe dolere, niſi ope nerui ſubſtrati. Si dolor dentis ſit à neruo ſubſtrato, dignoſces his notis, quia dens erit illæſus, nec foratus, nec eroſus. Si dolor per vniuerſam mandibulam diffunditur, gingiuæ illæſæ, nec tumidæ nec inflammatæ. Si dolor eſt à gingiuis, conjectabis, quia tument, inflantur, exeduntur. Eroſæ apparent, aut fiſtuloſæ, malè habitę, humore aſſiduo fluentes. *Dentes ſium ſentiu*

De dolore dentis ſedando.

IN primis ſtudendum ac laborandum, vt intelligas cauſam doloris. Nam ſi ab intemperie aut à fluxu humoris in neruum, aut gingiuam, ſine perforatione, aut eroſione dentis,

cognoſces propriis ſignis, vt colore gingiuæ & faciei, tactus partis & mandibulæ, calidioris, aut frigidioris, à iuuantibus & nocentibus, à temperamento & præcedentibus quæ omnia medicus exercitatus perpendet.

Statim atroci dolore vrgente, corpus vniuerſum purgandum, hic neglecta humorum præparatione Arabum. Nam odontalgia ferè omnis, & dolor dentis, ac gingiuarum, eſt à deſtillatione. A purgatione eáque, ſi opus ſit, ſæpè iterata, reliquus humor reuellendus, & deriuandus, methodo ſupradicta, vt clyſtere, cucurbitulis in ſcapulis, frictione extremorum. Vtendum tenuiſſimo victu. Gingiuæ colluendæ decocto contrario intemperaturæ, & humori efficienti dolorem.

ad cauſam frigidam. Collutiones oris, ad cauſam frigidam fiant ex incidentibus, calfacientibus, qualia ſunt origanum, calaminthe, hyſſopum, naſturtium, maiorana, ſaluia, pulegium, thymum, pyrethrum, galanga & ſimilia. Calidis tamen adiunges quædam adſtringentia ad fluxionem inhibenda, vt roſas, balauſtia, malicorium. Decoctio fiat in aceto, vel vino rubro ſtyptico. Decoctum ore continebitur tepidum, vel paulò calidius. Aliquando dentes & gingiuæ eo colluentur, & vapor ore hiante excipietur.

Gargariſmus. ℞. Saluiæ, maior. hyſſopi, thymi an. M. j. radic. pyrethri, galangæ, pentaphylli ana ℥. ß. fiat decoctio in vino rubro. Contineatur ore tepidum, tollit dolorem & ſiſtit fluxionem. Decoctum pyrethri, ſtaphiſagriæ, zinziberis, pipe-

ris,

ris, ariſtolochiæ rotundæ ex aceto, ore retentum. Pyrethrum confert, decocto manſo & maſticatione, impoſitione in dentem. Caſtoreum denti cauo impoſitum, aut ſupra dentem. Decoctum nucis pineæ, cum aceto ore retentum. Opos Cyrenaïcus, id eſt aſſa fœtida immiſſa denti cauo, ſedat dolorem. Gummi iuniperi bulliat in aceto, aut vino rubro, & eo decocto colluetur os: ſiſtit enim fluxionem, & roborat gingiuas.

℞. Theriac. ℈ j. opij g̃. j. ß. miſce & denti imponatur, vel dens totus operiatur. *Opiata ſedādu dolorem*

Ad cauſam doloris calidam.

ACetum ore retentum, vbi abeſt inflammatio. Suffitus ſeminis hyoſcyami, in dentem cauum exceptus per cannulam, aut fiſtulam. Semen vel folia hyoſcyami, bulliant in aceto, & vapor excipiatur in os per fiſtulam aut cannulam, vel *Placan dolorem cauſa calida.*

℞. Seminis hyoſcyami, myrrhæ, ſtyracis calamitę, galbani, piper. opij ana ℈ j. excipiantur cera, pice, vel theriaca, & pars denti imponatur. Lac tepidum retentum in ore ad anodynum, etiam ſi gingiuæ ſint inflammatę, Aetius. Acetum indiſcriminatim vſurpatur vtiliter in decoquendis ſimplicibus ὀδοντικοῖς tum calidis, tum frigidis.

Oleum roſatum, violatum, amygdalinum, tepida ore retenta, ſunt anodyna, etiam ſi gingiuæ afficiantur calore, aut inflammatione. *Quæ. foris admota, anodyna.*

Decoctum paſſularum,ſemin.lini, radicis altheæ,ſemin.maluæ retentum ore, eſt paregoricum, chalaſticum & reſoluens etiamſi gingiuæ intemperie calida, aut phlogoſi laborent.

Dolor dentis etiam ſedatur foris admotis, vt ſacculo ex milio & ſale calfactis. Sacculo ex floribus chamæmeli, meliloti,anethi,ſambuci mandibulæ admoto. Emplaſtrum admoueatur temporibus, præſertim ſi fluxio fiat per partes capitis extra cranium, ex pice ſola, vel emplaſtrum de maſtiche,contra rupturam, vel comitiſſæ, vel aliud eiuſmodi ex thure, ladano, bolo armeno,exceptum pice,maſtiche, & pauco oleo myrthaceo,vel maſtichino,vt

℞. Thuris,hypocyſtidis,ladani an.ʒ iij.picis, maſtiches an.ʒ ij. olei lentiſci parum, fiat emplaſtrum, admouendum temporibus, & hoc confert, quando dolor fit ab influxu materiæ craſſæ & frigidæ. Quòd ſi perſeueret,& materia calida,acríſque ſentiatur,adde ſem.papaueris albi ʒ j.vel opij ℈ j.

Sunt qui ſcribant dolorem dentis etiam ſedari inſtillationibus in aurem,paulò calidioribus,aut frigidiuſculis, pro natura humoris gignentis dolorem,vt oleo rutæ,amygdalar.dulcium,amararum, caſtorei, laurini, ſaluiæ, roſmar.thymi arte chymica extracti, in cauſa frigida, aut roſarum, violarum, in cauſa calida. Vaporatio etiam decoctionis frigidorum, aut calidorum,pro ſcopo quæſito, poteſt commodiſſimè recipi in aurem per infundibulum,corpore

mã va -rum re- diorum nticon.

pore diligenter purgato. Collutiones, vaporationes, quę per tubulum, aut fiſtulam recipiunt in dentem cauum. Linimenta, opiatæ, quę denti cauo imponuntur. Obturatio foraminis dentis eroſio, ne mandendo aliquid cibi, aut potus deerret in neruum, Inſtillationes in aurem, foris admota, vt ſacculi, lana ſuccida, olea, vnguenta, emplaſtra, admota temporibus.

Si dolor dentis eſt à corruptela, eroſione & perforatione euellenda eſt. Dentes raro dolent præſertim diu, niſi adroſi fuerint, eroſióque ad neruulum ſubſtratum, internámque capacitatem penetrarit. Dentium molares, inæquali ſuperficie conformati, promptiùs admittant humores erodentes. Erodunt autem & perforâtur vt ſtillæ aquarum ſenſim cadendo cauant lapides duriſſimos, ſic à longa fluxione humoris acris, vel à negligentia repurgationis, vel à longa mora excrementorum, & reliquiarum cibi in commiſſura dentium, & ab vſu frequentiori dulcium, viſcidorum, durorum, fractu contumacium, abalteratione ſubita calidorum, poſt frigidiora, aut contra, à fuco frequenti, ceruſæ, ſublimati, vnctione vnguenti Neapolitani. Sũt qui ferro candenti cauum dentem inurunt, vel oleo calenti, vel oleo vitriolo, de ſulphure, de caphura, vel de garyophillis, vel cum aqua forti ſeu aurifica. Sic enim neruus ſenſum illum exactiorem amittet.

Dens c-rioſa.

Cauſa c-roſionis dentium.

De rubigine, liuore, limone & ſorditie dentium.

DEntes liuent,& rubiginoſi,limoſique euadunt,aliquando fiunt ſublutei, à limo & ſorde, tamen ſine corruptione: vel ab influxu vitioſorum humorum, à negligentia repurgationis, à tetro habitu & euaporatione miſſis à ventriculo &viſceribus,ab vſu frequenti ciborum acidorum,dulcium,viſcidorum,lactis,dactylis,&c.

ibus ſtent ifricia τρίμμα·

Poſt purgationem, dentes verò fricabuntur melle ſelecto:cui aliquid ſalis torrefacti ſit admiſtum, vel dentifricia fiunt ex detergentibus moderatè ſiccantibus,roborantibus, cuiuſmodi ſunt ſales torrefacti,cornu cerui vſtum,lapis pumicis, tartarum, fæx vini, corallum vtrúmque,lana ſuccida vſta cum ſale torrefacto,raſura eboris, marmor tritum, myrrha, maſtiches, ſandalum citrinum, cortex ouorum vſtus, oſſa myrabolanor.teſta omnium teſtaceorum,margaritæ,oſſa dactylorum, & oliuarum vſta, theriaca, mithridatum, quia tergent & ſiccant, opiata guidonis ad peſtem, radix iridis Florentiæ,panis hordeaceus,cinnamomum.Ex his læuigatis & pulueratis, parantur dentifricia,forma pulueris, trochiſcorum, pyramidis oblongæ, excipiendo muccagine gummi Arabici, vel tragacanthæ, vt digitis teneri poſſint ad commodiorem confrictum. Remedium probatum.

℞.Oxymelitis ſcyllitici ℥ iiij. fricentur dentes

tes quolibet mane, tergit enim potentiſſimè & incidit limum, & ſordes dentium, imò & gingiuarum vitia, vel

℞. Aluminis vſti ʒ ij. oxymel. ſcyllitici, & mellis an. ℥ ij. miſce, illine dentes liuidos, ſordidos, limoſos.

Qui ſtudet læuori, candoríque dentium, quolibet mane repurgabit dentes à limo & rubigine, pituita viſcida, ſitu & colore fœdo, fricando aceto, vel oxymelite ſcyllitico. Oxymelitis huius vires miras infra videbis, macerabit radices multas altheæ, vel alceæ in aqua aluminoſa, & his ſiccatis dentes mane fricabit. Nam emolliunt rubiginem & limum, ſorditiémque tergent. Sunt, qui quolibet mane tergunt dentes foliis ſaluiæ cum vino albo, aut vrina pueri. Item panno cæruleo, vel coccineo madefacto, aceto ſcyllitico vel oxymelite ſcyllitic. (vbi gingiuę non ſunt inflammatæ) vel ſoluto in vino albo, aut vrina pueri, vel

℞. Salis ammoniaci & gemmæ an. ℥ iij. aluminis rochæ ℥ ij. ß. ſulphuris lutei pinguioris ℥ ij. lęuigentur ſimul in mortario, deſtillentur, & mane hac aqua ſtillatitia fricentur dentes, vel

℞. Coralli vtriuſque, ſalis torrefacti ana ℈ ij. aluminis vſti ʒ. ß. raſuræ eboris, cornu cerui vſti an. ʒ. ß. iridis Florent. ʒ. ß. ſacchari candi ℥ j. fiat puluis, quo fricentur dentes, vel

℞. Salis communis ℥ iij. aluminis rochæ ℥. iiij. rad. iridis Florentiæ ℥. v. & fac aquam ſublimationis, qua dentes quolibet mane fricétur.

Dentibus amica & conferentia.

tium lumi- quib. ret. AD dentium incolumitatem quæritur candor, læuor, oſſea ſoliditas, firma ſtatio in alueolis, gingiuarum caro integra, firma, dura, adſtricta, nec cruenta, nec fluida.

A cibo repurgare oportet dentes cuſpide lentiſci, myrti, roſmarini, cupreſsi. Nam purgando roborát, propter leuem adſtrictionem. Cauendum à nimis curioſa & diuturna fodicatione, præſertim in præparatis ad deſtillationes. Sunt qui ab epulis dentes mundát, ac reliquias ciborum tolluntà dentibus cuſpide pennæ ſcriptoriæ attenuata, aut palea ſecalis tenuiſſima, ſed firmiori, idque commodius quàm dentiſcalpio argenteo vel aureo, quod non ignorauit Martialis, cùm ait

Lentiſco melius. Sed ſi tibi frondea cuſpis
Defuerit, dentes penna leuare poteſt.

A purgatione abluantur dentes vino adſtringente, mero, aut diluto aqua formata, pro natura cerebri aut ventriculi eius, qui dentium incolumitati ſtudet.

Fricentur quolibet mane, aut ex interuallis dentes, puluere ſynectico, ad ablationem præſentis, aut inhibitionem futuri limi, ſordities, calli, gypſei coloris fœdi. Materiá huius pulueris quære ex capite ſuperiori.

Cura ſtomachi & probæ concoctionis facit plurimum ad dentium tutelam.

Excre-

Excrementa corporis, ſed præſertim capitis quotidie vacuanda, ad quod præſtandum plurimum faciet lotio capitis, ex decocto ſimplicium cephalicorum.

SI dentes committuntur denſius preſſiúſque, proderit limula interterere, vt rarioribus interuallis iungantur, ſic enim facilius repurgabuntur, & eroſio, vitiúmque vnius, alteri nõ incommodabit. Audio Mauros id facere in ſeruis adoleſcentulis, ne deſtillationibus in dentes ſint obnoxij, aſſiduóque dentium dolori.

Commiſura & interſtiti dentium ſint pa[…] ua & la[…] tiora.

Pro tegmine capitis multis ſufficit in nocte aſcolphalia, quidam vtuntur denſiori, vt cucullo cum calantica, ſed interdiu birro, vel pileo. Vtrimque tamen vitandum immodicum capitis tegmen. Id enim caput infirmat, vt aſſerit Auicenna 1. tertij can. Nec alia ratione apud Herodotum lib. 3. & Syneſium in caluitio Perſarum capita adeò fragilia ſunt, vt ſi velis ferire, vel ſolo calculo perforare poſſis. Ægyptiorũ autem ita firma, vt ea vix ictu lapidis elidas. Iſti enim ſtatim à pueris radere capita incipiunt. Et ſic os capitis ad Solem redditur cõpactum. Illi contra à principiis imbuuntur cooperire capita, geſtantes pilea, tiaráſque. In ſumma ſicut in pleriſque omnibus mediocritas eſt ratio optima, ſic in veſtitu. Cultus enim conceſſus atque magnificus addit hominibus (vt Græco verſu teſtatum eſt) authoritatem. At muliebris & luxurioſus non corpus exornat, ſed detegit mentem. Inde videtur natum apud Lucianum comma,

Tegmen capitis.

Iam ver adeſt, & vndenam Pauo?

Aduerſa & noxia dentibus.

CRuditas & omnis noxa cõcoctionis (indigeſtionem Mauritana medicina vocat) ructus & vapores ſurſum attollit, dentibus & capiti aduerſiſſimos.

Somnus à crapula, caput vaporibus implet: vnde colligere licet, omnia capiti contraria, dentibus quoque aduerſaria.

Dulcia, pinguia, viſcida, quia diu inhærent dentibus, & horum interſtitiis ſic dentes ſordidos, ἰλυώδεις & limoſos relinquunt.

ida cur ntibus uerſa cur ſtu- rem in- unt.

Acidorum quoque frequens vſus, ſtuporem enim dentibus inferunt, propter aſpredinem & inæqualitatem in ſuperficie; aut quia ſua tenuitate frigida altius in ſubſtantiam dentis & nerui penetrant.

Duriora & fractu contumacia, ſi dentibus mandantur, frangantur, atterantur, hæc enim dentes agitant, conuellunt, lancinant.

Lactis vſus quotidianus multorum dentes labefactat. Gal. 5. ſanit. tuendæ.

Omne opus piſtorum, vt thyemata, & quæ ex lacte, caſeo, & ſimilagine parantur. Nam diu inhærent dentibus, & dentium interuallis.

Vſus aſſiduus calidorum, & frigidorum alternatim.

Longa, curioſáque repurgatio dentium, pręſertim per aciculam, aut dentifricium argenteum, aut aciem mucronémque ſcalpelli acuti: hæc enim ſoluunt ligamenta dentium: vnde

roſio,

roſio, vacillatio.

Mandere cibos altera tantum parte: Nam dentes otioſi citius marceſcunt & corrumpuntur, limóque & ſorditie obducuntur: ſaccharum dentibus ſiquid aliud aduerſiſſimum obſeruaui, adfert enim rubiginem & nigredinem, quare ab eius vſu, & omnium bellariorum piſtoris dulciarij abſtinendum, os vino collui ſatius fuerit.

De ſtupore dentium.

Dentes ſtupeſcunt à ſubita intemperie frigidiori, vt flante ſæuo Borea dentes ſæpe rigent & gelaſcunt. Nam frigidum dentibus inimicum. Idem contingit ab vſu rerum acidarum, auſteriorum, ſi diu ore contineantur. A deſtillatione acidæ pituitæ in dentes, aut neruium denti inſertum, & huiuſmodi ſtupor cum dolore præcedit ſæpè liuorem & corruptelam dentis. Imaginatio, vt cùm videmus aliquem mandere acida, aut atterere aliquid limacum ſtridore, dentes nobis obſtupeſcunt.

Stupor à deſtillatione acidæ pituitæ præcedit aliquando dentis corruptelam.

Vomitus acidæ pituitæ, aut humoris melancholici, quibuſdam dentium acorem excitauit, id obſeruaui in melancholicis & lienoſis. Obſtructio neruuli ad radicem dentis pertingentis parit ſtuporem dentibus, ſed tunc obſtructio ſolet eſſe diuturnior: & tamen eſt ſine dolore in mandendo. Atque ita dentium ſtupor eſt duplex alius cum dolore inter mandendum, alius ſine dolore. Rurſus ſtupor dentium vnus

Stupor dẽtium duplex.

eſt actio diminuta,alius actio deprauata. Illud obiter dicam, frigidiſſima, vt aquam niualem aut glacialem, non facere, aut rarò ſtuporem cum tamen acida minus frigida ſtuporem facilè inferant. Hoc autem contingit propter aſpredinem & inæqualitatem in ſuperficie: aut quia ſua frigida tenuitate altius in dentis ſubſtantiam penetrant, ac id quotidie obſeruamus in acie & mucrone cultrorum poſt inciſionem mali citrei & aliarum rerum,ad ſectionem ineptarum.

Curatio. Cura ſtuporis dentium.Confert mandere,& continere diu in ore portulacam, butyrum, medullam panis albi aqua infuſam,medullam panis recentis etiam adhuc à furno modicè calentis, caſeum recentem, vitellum oui coctione induratum,colluere diu os lacte, ptyſana,oleo amygdalarum dulcium.

De linguæ affectibus,vitiis,& ſymptomatis.

CAP. XXVI.

MOtus linguæ læditur trifariam, vel aboletur omni modo,fit ἀλαλία,vel diminuitur, cùm difficulter, & tardè mouetur, vel deprauatur,variis modis,vt mox dicam.Cùm lingua expeditè mouetur & pronuntiatio fit recta,motus ille linguę &oris,dicitur εὐλαλία, καὶ ὀρθοέπεια.

Deprauatio motus linguæ. Pronuntiationis & ſermonis multa ſunt vitia quæ à fluxione magna ex parte oriuntur.

Mogi-

Mogilalia, vitium commune eſt multis ſymptomatis. Μογιλαλοὶ ſunt quidam à prima origine, quidam morbo. A natiuitate, quum linguę vinculum aut ligamentum durius, aut breuius à natura eſt productum. A morbo verò fit linguæ ἀγκύλωσις à cicatrice duriori relicta ab affectu aliquo, vnde ἀγκυλόγλωσσοι. *ἀγκυλογλωσσία.*

Traulos, μογίλαλος eſt, cui lingûa breuior, quàm vt poſſit anteriores dentes premere ad prolationem litteræ, r, & t, vnde τραυλὸς, τραυλισμὸς, quo vitio laborabat Demoſthenes, qui λητορικὴν pro ῥητορικὴν pronuntiabat. Traulos autem circa vnam certam literam hæſitat & offenſat præſertim r, ῥ. *τραυλισμός.*

Simili vitio laborat ferè Βλαισὸς, Blęſus, βεβλαμμένος τὴν γλῶτταν, qui literam aliquam exprimere vix poteſt. Hoc vitium nonnullis ineſt à natura, vt Demoſtheni: qui artis ſuæ primam litteram ſonare nequibat. Eodem vitio laborabat Metellus Pontifex. Alcibiades quoque pronuntiando certam litteram obſcurabat, ſed delitiis potiùs, quàm naturæ illius plerique tribuebant. In hoc ſermonis vitium etiam Lutetianæ fœminæ quotidie incidunt, dum Maſiam pro Maria, Maſitum pro Marito ſonant, vt blandius loqui videantur. Hæc linguæ & oris vitia, Gaſa apud Ariſtotelem vertit blæſitatem, balbutiem, hæſitatem, vel more Ciceronis hæſitantiam. Quæ tria etſi videantur oris & linguæ motu deprauato differre, tamen Ariſtoteli omnia ab imbecillitate linguæ & inſtrumentorum ſermonis eueniunt, *Blæſus natura. Blæſus affectione. In Proble. Blæſus circa litterā certam. Balbus literam vel ſyllabam prætermittit.*

quod illa ob debilitatem imaginationi & intelligentiæ loquentis obſequi ſubminiſtraréque nequeant. At medici non ſoli imbecillitati, ſed etiam linguæ & aliorum inſtrumentorum malæ conformationi, morbis ac vitiis hæc ſymptomata adſcribunt.

Inter Ariſtot. & Aphrodiſæū non conueniunt de cauſa blæſitatis.

Ἰσχνοφωνία vitium linguę & ſermonis, quo ſyllaba ſyllabæ copulari citò non poteſt. Cicero ἰσχνοφωνίαν, linguæ hæſitantiam vocat. Budæus ἰσχοφωνίαν mauult legere, quòd ἰσχνοφώνοι ſint, quibus vox ſupprimatur & ſiſtatur inter loquendum, Galenus ἰσχνοφώνους legit quaſi λεπτοφώνους etiam ſi hos ab illis diſtinguat, commentariis in Epidem.

Ἰσχνοφωνία hæſitantia Ciceroni.

Ψελλισμὸς, linguæ vitium à quo ψελλὸς, qui inter pronuntiandum litteram vel ſyllabam vnam elidit vel obſcurat, vt cum pronuntiamus plurimui, audet pro plurimum audet, animui agit pro animam agit. Sunt pleráque alia pronuntiationis deprauata ſymptomata, vt linguæ titubantia, & oris tremor, ſermonis confuſio, linguæ ἀγκύλωσις, parit μογιλαλίαν vitio vinculi breuioris.

A nonnullis hoc vitium affectatur, vt blandiores videãtur in ſermone.

ἀγκύλωσις linguæ.

Ἰσχνότης, exilitas eſt & anguſtia oris in pronuntiando. Sunt enim qui ſemicluſis labiis, oréque ferè conniuente loquuntur. Quod ſymptoma ſi à primo ortu vel à cicatrice in labiis contingat, difficilius curatur. Sin vitium ſit acerſitum & affectatum, vt in blandis & blandiloquis, arte & diligentia emendari tollíque poteſt.

πλατυασμὸς

Πλατυασμὸς, cum ore patulo, & labiis diducti ſermo

ſermo profertur. Id vitij Germanis eſt familiare, qui ab imo thorace, & pectore verba, velut è ſpecu euocant, buccis inflatis.

Βατ7ολογία, Βατταρισμὸς linguæ hæſitantia, offenſatio. Iteratio earũdem ſyllabarum cum deformi linguæ hæſitantia. Id aliis contingit initio ſermonis, aliis in fine, vt eum pronuntiare ſtudent. Cæſar, turpi & indecora offenſatione, dicunt Cęcę Cęſar, & pro Tullio, tutullius, rurſum, pro fama, famama. Quod vitium ſi eſt à mala conformatione inſtrumentorum ſermonis, aut inueterata conſuetudine pertinacius inoleuerit, vix emendatur. Hoc malum grauius efficitur ira, pudore, vehementi animi pathemate. Nonnulli loquendo ſonant coruinum quiddam, alij craſſum & pinguius, alij ſtridulum, ſenile: qualis eſt edentulorum & decrepitorum oratio. Sunt nonnulli, quibus ſonus pronuntiationis per naſum erumpit potiùs, quàm per os. Id vitij ſunt qui naſitatem vocent.

Pronuntiatio per naſum erumpens.

Peculiaris eſt ſua cuique genti, patriæ & nationi ſermonis & pronuntiationis deprauatio, vt Biturigibus viuiſcis, viuo pro bibo.

Suum cuique genti & nationi pronuntiationis vitium ἰδίωμον, & vernaculum vitiũ gentis.

Sed præcipuè triplici vitio afficitur in ſanis hominibus lingua, vnde quidam trauli dicti, qui ſcilicet aliquam litteram pronuntiare perfectè nequeunt. Pſelli qui prætermittunt litteram, vel ſyllabam. Iſchnophoni, qui balbutiunt ita vt continua ſerie non nectant ſyllabas vt diximus.

τραυλότης. ψελλότης. ἰσχνοφωνία. μογιλαλία.

De cauſis μογιλαλίας, id eſt blæſitatis, balbutiei, & linguæ hæſitantiæ, & cuiuſlibet difficultas loquendi.

ARiſtoteles ait, vt ſupra monuimus, omnem balbutiem ac blæſitatem hæſitantiámque naſci ab imbecillitate facultatis animalis mouentis linguam, quæ non ſatis poteſt ſubminiſtrare animo & intelligentiæ. At medicis multæ ac variæ ſunt cauſæ μογιλαλίας, & deprauatæ locutionis, vt natio, patria, mala conſuetudo, affectatio, morbus, mala conformatio. Hoc loco illud adiicere non neglexero, ſermonis & pronuntiationis primarium & præcipuum inſtrumentum eſſe linguam: cui dentes, labia, narium foramina, palatum, gurgulio, linguæ vinculum inſeruiunt. Proinde ſi lingua à prima generatione non ſatis fuerit abſoluta, ſed aut breuior, aut craſſior, durior, latior in extremitate, hæc inepta ad ſermonis & pronuntiationis functionem: huc pertinet etiam lingua craſſa, & pinguis. Quæ verò læuigata, & tenuis, volubilis, agiliſque fuerit, hæc expeditior & explanatior ad rectam pronuntiationem: ſuauius enim ſubtilius & liberalius loquitur: labiorum, vitioſa compoſitio, cauſa eſt μογιλαλίας, cùm ſcilicet fuerint craſſiora, duriora, nimis euerſa, vt in Labeonibus, & Mauris, tum enim non ſatis expeditè mouentur ad functiones illas duodecim obeundas: tardiúſque obſequuntur imaginationi & intelligentiæ.

Oris

Oris etiam ſciſſura, & ingreſſus minor, pronuntiationi officit. Nam qui huiuſmodi ſunt ore, non poſſunt ſatis amplè labiorum rictum diducere ad quarundam vocum explanationem: laborántque ſæpè eo vitio, quod ἰσχνότητα ſupra appellauimus. Vitiū vel defectus dētium pręſertim anteriorū & ſectorū, cauſa eſt μογιλαλίας: vnde edentuli, balbi fiunt, potiùs quàm blæſi.

Vitio ligamenti & vinculi linguæ, vulgus filum vocat. Quibus enim adſtrictius eſt, quàm lingua liberè dilatari, produci, foráſque exeri poſſit, ij inter loquendum μογιλάλοι, & ἀγκυλόγλωσσοι, blæſique aut balbi, aut hæſitantes fiūt. Porrò hoc vinculo lingua innititur, firmatúrque, & tanquam habenis ducitur, exeritur, reducitur, circumagitur, ídque facilè & expeditè, ſi ſymmetrum & moderatum fuerit. Hoc in recens natis infantibus obſtetrices vngue vel ſummo digito rumpere ſolent, ſed interim adeò incautè id ſoluunt, vt à cicatrice duriori & grandiori ſub lingua relicta incuruetur, impediatúrque libera ſermonis expreſſio. Vnde μογιλαλία, deprauatáque locutio. *Cautè cædendi plectri linguæ retinacula.*

Contrahuntur etiam vel vitia linguæ, oris & pronuntiationis, in pueris à nutrice blæſa, aut hæſitante, aut pædotribis præceptoribúſque vitia linguæ & oris laborantibus.

A mala inſtitutione, cōuictu, colloquiis cum blæſis, balbis, & hæſitantibus. A vitio gentis & nationis. Suæ enim cuique nationi ferè & pronuntiationis deprauatio, vt labdaciſmus, metaciſmus, πλατυασμὸς, ἰσχνότης, quibuſdam, na-

tionibus ſunt vernacula ſermonis vitia. Affectus animi, præſertim violenti, adferunt ſæpè oris & linguæ titubantiam; deformémque ἰσχνοφωνίαν, imò etiam ἰσχοφωνίαν, hæſitantiam. Similiter pudor & verecundia quoſdam vel doctiſſimos ἰσχοφώνους reddit, quo animi pathemate plurimi dicturi obmutеſcunt, vt olim Iſocrates. Idem efficit metus & timor, vnde ſæpè vox faucibus hæret, calore ſcilicet & ſpiritu intro reuocatis ob metum. Ira pleroſque reddit balbutientes ac hæſitantes, quod lingua inſeruire nequeat animo turbato & concitato. Videas tamen nonnullos, qui excandeſcentes, expeditius & articulatius loquantur, tales ſunt frigidi & torpidi.

Melancholici ἔκστασις, quæ σιγῶσα & ſilens dicitur Hippocrati in qua æger non loquitur, & tamen loqui poteſt. Fit enim non vitio organorum vocis aut ſermonis, ſed potiùs à malitia animi. Nam in melancholica taciturnitate, non eſt meo iudicio, obſtructio neruorum à ſucco craſſo melancholico, ſed vox & ſermo velut ligantur, à maligna qualitate humoris melancholici. Huc pertinet etiam aphoriſmus ille, ſi lingua repentè incontinens fiat, aut aliqua corporis pars ſtupore elanguit, tale eſt melancholicum. lib. 7. Aphor. 40. Vel ſi mens aliò ſe vertat ab incurſu ſucci praui in cerebro: ita nec lingua nec partes corporis officium facient. Impotens ita redditur lingua à ſpaſmo tentata, vel à reſolutione facultatis animalis, articulare nequit vocem, balbutiem. Vel incon-

tinen-

tinentem linguam nominant quæ infirma eſt ita, vt non poſſit articulatam edere vocem, aut immobilem & omnino reſolutam ſicut corporis partem ſtupidam, etiam reſolutam dicit, harum autem paſſionum eam cauſam indicat eſſe, quæ quartani eſt circuitus: melancholicus enim humor craſſus, lentus & malignus, haud aliter ac pituita ſua craſſitie, neruos, ſenſum & motum à cerebro deferens & obſtruens impedit, ne bis ſenſifica & motrix ad linguæ aliarúmque partium muſculos peruenire queat.

Linguæ ariditas nimia, μογιλαλίαν ſermoníſque impedimentum & impotentiam adfert: nam quotidie experimur in ſanis, tum in ægris linguam exuccatam, ſiccam, aſperam, inæqualem, ſcabram, ſqualidam, fuliginoſam, ſciſſam, nigrantem, eſſe tardam, ineptam & parum obſequioſam ad diſcendum, ſermoníſque expreſſionem. Porrò lingua talis efficitur à ſiti & potionis neceſſitate, à febre acuta, & cauſo, calore, ſiccitate, & cùm ſaliuatrices glandulæ exiccantur, & humore exhauriuntur, longáque oratione ſiccantur. A calore cum ſiccitate exaſperatur, nigricat, fuligine obducitur, rimas, & ſciſſuras contrahit. Contra lingua nimium humecta, aſſiduáque defluxione pituitoſa imbuta, fit ἀκρατὴς incontinens, tremula, titubans, ſermoníſque benè articulati impotens, vt apparet in tremulentis, ebriis, & pueris. In talibus, & morbis frigidis, lingua læuigatior, pallidula, liuida, languidula, ſero vel albida pituita obducta, ἄχρους & decolor conſpicitur.

Hæc ſymptomata linguæ cidunt calore ſiccitat

Qualis lingua affectib. frigidis, humidis.

Curatio μογιλαλίας difficilis, impeditæ deprauatæque locutionis.

CAuſa balbutiei, blæſitatis & hæſitantiæ cognita, facilè intelligitur, an malum immedicabile, an non. Nam vitia pronuntiationis, quæ contingunt à primo ortu & natura, præſertim inſigniora, & in parte valdè neceſſaria ad ſermonis articulationem expeditam, difficilius curantur, vt ſi lingua præcipuum pronuntiationis organum, longè ſit breuior, aut προγλωσσίδι, extremáque parte durior, craſſior, latiórque, vix remediis omnino cedet, ſed tamen cura & diligentia leuabitur affectus.

Si à vinculo linguæ arctiori nec moderatè laxo accidat balbuties, & linguæ ἀγκύλωσις, ligamentum incidendum eſt forcipibus per chirurgum peritum & expertum, animaduerſione tantum habita, ne venæ ſub lingua vulnerentur. Nam ſi à vulnere aut vlcere per chirurgum, vel obſtetricem, cicatrix durior, craſſior, relicta eſt ſub lingua, ſequitur ferè ancylogloſſon, vitium loquelæ quod ancylogloſſis appellatur: nam loqui non poſſunt quibus lingua inutili ligamento veluti filo conſtricta tenetur, quo forcipibus inciſo incipiunt loqui. Sunt etiam muti quibus lingua eſt reſoluta, aut quibus impediti ſunt, vt obſtructi, inciſi, perfrigerati vocales nerui qui cùm à quarta vertebra exoriantur illic applicanda erunt topica pro paralyſi. Loquuntur quidem balbi, ſed deprauatè, quemadmodum Trauli qui T, & R, non

poſſunt

poſſunt pronuntiare, quod de Demoſthene & Alcibiade ferunt hiſtoriæ. Vox etiam deprauatur raucedine ſiue deſtillatione in fauces: aër enim per materiam catarrhi veluti per aquam delatus raucum edit ſonum; Inſtrumenta muſica, vt fides, cytharæ, debent eſſe ſicca, proinde fluxione humectatis vocalibus inſtrumentis vox rauceſcit. Notandum eſt, quia ſermo ex auditu eſt quotquot naſcuntur ſurdi, eoſdem neceſſariò eſſe mutos: at ſi fuerint ſurdi aliquo accidente, vt aure obſtructa, nihil obſtat quin loquantur: multi reſoluta, aut inutili ligamento conſtricta lingua ſunt muti, qui arte, quin etiam ſponte aliquando ſeneſcunt: Nam Athis Crœſi filius cùm videret enſem iam diſtrictum ad interficiendum patrem, qui nunquam antea locutus fuerat, & pro muto habebatur, cœpit exclamare, ô homo ne occidas Crœſum, vnde tam repentina mutatio? an diſrupto linguæ ligamento, aut percurata momento paralyſi, quia calor & ſpiritus magno animi impetu ad linguam alioquin ignauam & torpentem confluxerunt: Quoſdam enim paralyticos qui per aliquot annos in lecto iacuerant, cùm domus deflagraret, aut depoſcerentur ad necem, audio eadem cauſa in pedes domo effugiſſe. Maximilianus Friderici tertij Imperatoris filius, cùm pro muto haberetur, quia ante nonum annum non erat locutus, euaſit tandem in virum eloquentiſſimum, vt hinc obiter intelligat medicus non eſſe deſperandum, etiamſi quibuſdam pueris tardè adueniat loquendi beneficium.

Vitia oris, & loquelæ quæ contrahuntur à nutrice, aut pædotribis, pręceptoribúſque balbis, vel à conuictu, colloquiis, conſuetudine cum deprauatè loquentibus, vel à gente & natione, emendari poſſunt exercitatione.

bal- blæſos, ſaꝫ- lingua an-

Imò aduerſus omne vitium linguæ, deprauatæque prolationis vocum, & ſermonis, conferet exerceri verſibus & vocabulis confragoſis, cuiuſmodi ſunt Artaxerxes ἰσχνοφώνια, crabrones, alexipharmacon inexercitatus. Denique balbi & blæſi, relegentur ad exemplum Demoſthenis, qui triplex vitium naturæ, diligentia expugnauit. Hic enim tophis & lapillis ſub linguam impoſitis, dictionem & pronuntiationem exercebat. Proponatur illis dictum illud memorabile, μελέτη πάντα δύναται, &, Labor omnia vincit improbus.

buties. enium ceps láque ua- ulotes

Balbuties vt plurimum accidit cerebri & linguæ nimia humiditate. Qua cauſa pueri & ebrij balbutiunt, eadem ratione, ſcripſit Hipp. balbos alui profluuio ſæpè corripi. Quocirca Cephalicis deſiccandum eſt cerebrum, quinetiam totum corpus, ſumpto per aliquot dies hydrotico & ſudorifico, & ad mollitiem linguæ conſerua ſaluiæ ore detenta imprimis commendatur. Traulis conueniunt illa eadem remedia, nam credibile eſt illos, &, malè pronuntiare propter mollitiem linguæ, ideo enim fit vt lingua prioribus dentibus malè innitatur humidiores linguæ muſculi non poſſunt linguam firmiter ſtabilire, quod tamen neceſſarium eſt ad harum litterarum pronuntiationem.

nem. Admoueatur cauſticum medicamentum inter primam & vertebram nuchę, deciſa ſchara teneat vlcus longo tempore apertum. Inſtituendæ ſunt etiam reuulſiones, purgationes & deriuationes generales & vniuerſales.

Μογιλάλοις, à metu & timore, calor & ſpiritus in cor & interiora feruntur. Quamobrem, priuſquam dicere incipiant, valebit crebro mouere, verſare, fricaréque labia, vt ad os & inſtrumenta vocis & ſermonis, calor & ſpiritus reuocentur, & ita expeditius loquatur. Sunt inter balbos & blæſos, qui locuturi, tardè & ęgrè in ſermonem prorumpunt: vbi verò loqui cœperunt, liberè, ſine obſtaculo, & feſtinanter pronuntiant, calore ſcilicet & ſpiritu ad linguam, & partes orationi ſeruientes reuocato.

Si à ſiccitate & ariditate locutio & pronunciatio impediatur ac deprauetur continenda ſunt in ore, quæ humectant, vt prunum, ceraſum conditum, fruſtum pomi crudi ſubacidi, aut mali citrei, aut quidpiam quod ſaliuam ad os euocet, óſque ſaliuoſum efficiat.

Si labia craſſiora, duriora, & oris rictus anguſtior pronunciationi officiat, labia ſæpè mouenda, verſanda, intro retrahenda: in ore aliquid continendum, quod craſſitiem attenuet, leuiter tergeat, incidat, vt garyophillum, fruſtum corticis citri, mali medici, cinnamomi, piperis.

Si lingua & os ſint humidiora, & aſſidua defluxione pronunciationem impediant, roboranda & ſiccanda remediis mox dicendis in

ptyaliſmo.

quens tio. Immodica ſaliuatio aut contingit à perenni & tenui deſtillatione, aut à ventriculi cruditate. Nam malè coquente ventriculo multa pituita colligitur qui aſcendit in os per tunicam communem ori & ventriculo. Qui natura & temperamento ſunt melancholici, ſolent eſſe ſputatores : Verùm maximè omnium hypochondriaci, fortaſſis quod lien eructet humorem acidum in ventriculum à quo refrigeſcit. Itaque vt huic ſymptomati ſuccurras conſiderabis diligenter vnde procedat, ſi à cerebro, ventriculo, aut à liene vt vnicuique cauſę ſuum accommodes remedium, cerebrum exſiccandum, ſiſtendus catarrhus, ventriculus roborandus & iuuanda coctio remediis propriis: Lieni verò proſpiciendum remediis idoneis & appropriatis.

De Ptyaliſmo, & aßidua, ſeu indecora expuitione nimiáque ſaliuatione, cauſis & cura.

CAP. XXVII.

SAliua, Gręcis σίαλος, καὶ σιαλὸν, καὶ σίαλις, vnde σιαλίζω ſaliuam deglutio, σιαλόχος homo qui ſæpe ſpuit, & ἀδῆν, vel ἀδινῶς, σιαλόχοι glandulæ ſaliuatrices ad radicem linguæ poſitæ. Saliua naturalis, & humor, qui ex natura inſtituta à tonſillis & glandulis σιάλοχοις aſſiduè producitur & emergit: vt eius moderata quantitate & qualitate, lingua, fauces, larynx, & vniuer-

ſa oris amplitudo, humectetur, eiúſque perfuſione ciborum confractio, mollitio, commiſtio, confectio, & ſeu prima quædam in ore concoctio, aut verius rudimentum quoddam & inchoatio concoctionis ventriculi, adornetur præparetúrque. Iuuat etiam plurimum ad ſermonis articulos, & pronuntiationis explanationem, expeditámque dicendi facultatem. Sunt, qui exiſtiment hanc ſaliuam, aut ſaliuæ materiam, aſſeruari in ore, partim ex vaporibus ſurſum à viſceribus miſſis, partim à ſeroſo & pituitoſo excremento ſenſim à ventriculis cerebri in os defluente, vel etiam vi propria & peculiari glandularum linguæ adiacentium. Nam hæ velut ſpongiæ quædam multam humiditatem vndique ebibunt & colligũt: quam poſtea linguæ & partibus oris impertiuntur, ne celeriter exaceſcant, vnde febre ardenti vrgente, vaſa parte aquea & ſeroſa deplentur, & σιαλόχοι ſaliuatricéſque glandulæ exiccantur, oríſque partes omnes in humoris inopiam incurrunt.

Illud hoc loco notandum πτύαλον ἢ πτύελον, id eſt ſputum, genus eſſe ad omnia quæ per os eiiciuntur, vomitu excepto, id eſt, ad expuitionem ſimplicem quæ ex ore ſine tuſſi, ſine conatu & ſono fit, & ad ſcreationem, vel ſcreatum, qui fit cum tuſſi & ſono, à faucibus, & ad expectorationem, quæ eſt ab arteriæ bronchiis, thorace & pulmone, cum magna vi & ſonora exufflatione, eiectio.

πτύελον, πτύαλον, πτύσμα, *communi nomine cum ſput. Hippocr. dicuntur*

Expuitiones, quę frequentiores, & ſine tuſſi,

ἀποπτύσματα & πτυελισμὸς Hippocrates vocare ſolet, cùm ſcilicet ab humidiore cerebro, vel laxiore ventriculo, liquidior tenuiſque pituita in os redundat, vnde multa ſaliuatio. Quod contingere ſolet bibulis & pitiſſatoribus & qui pomis, fructibus crudis, victúque humidiore vtuntur, & aquæ potoribus. Item iis, quibus ventriculi tunica interior humidior eſt natura, vel ab errore victus, aut cerebrum natura vel excrementis plus ſatis humidum. Talibus & perpetuò ſaliuoſum eſt, vnde πτυελίζειν καὶ πτυαλίζειν, ferè idem quod σιαλίζειν, πολλάκις πτύειν, ſpuere frequenter, os ſputo & ſaliua aſſiduè humectum habere, ſed ſine tuſſi, ſine excreatione. Porrò expuimus, ſaliuámque ab ore reiicimus, linguæ extremitate exerta iaculante ſaliuam extra os: vel ſummis labiis contractis, preſſiſque expellentibus, adiuuante tamen linguæ mucronata extremitate. Buccæ, labia & muſculi linguæ, præſertim nonus concurrunt ad expuitionem ſimplicem ſine ſcreatu.

At ſcreatus, ſcreatio, & excreatio, illa eſt, quę fit cum tuſſi, & conatu perſtrepente, dum nititur expurgare viſcidam pituitam, quæ pertinacius hæret faucibus, pariſthmiis, partibus oris & gutturis, huiuſmodi ſputi ſcreationem ſtrepentem Arabes Medici raſcationem, Græci χρέμψιν, ἀποχρέμψιν, καὶ ἀναχρέμψιν vocant. Porrò craſſam illam & viſcidam pituitam trahimus nonnunquam à ventriculis & meatibus cerebri decliuibus, qui per infundibulum & glandulam ducunt excrementa, ad narium amplitudi-

tudinem,& ſuperiora palati,& fauces: attrahitúrque lenta illa & viſcida pituita inhærens faucibus & meatui, qui fertur à columella ſupra palatum ad nares, ope plurium muſculorum,qui ſunt in regione faucium, vt communium laryngi membranæ muſculoſæ veſtientis partes oris, præſertim eius quæ attollit columellam: educimúſque tractim, frequenti conatu perſtrepero. Et ſanè pleroſque videas qui mane ieiuni quotidie expurgant ventriculos cerebri & meatus omnes, qui feruntur ad palatum & fauces longa ἀναχρέμψει ſcreationéque. Expectoratio, eductio materiæ, à locis thoracis profundioribus etiam cum tuſſi, conatu & ſcreatu, nec ſolùm cum expiratione, ſed etiam exufflatione & efflatione violenta & ſonora per muſculos intercoſtales, ὅτι καθάρσις διαφαρύγγος τραχείας ἀρτηρίας, καὶ πνεύμονος. Nam ab aſpera arteria, pulmonum cauernulis, & ſubſtantia, nihil ſine tuſſi & ſcreatione ſeduci, extundíque poteſt. Morborum autem thoracis & pulmonis coctionem, cruditatem, proprietatémque πτύελα, & ſputa quæ expectorantur, oſtendunt. *Expectoratio.*

Cauſæ ptyaliſmi.

CAuſæ ptyaliſmi, & nimię ſputationis, ſunt multæ, nam plerumque huius ſaliuæ excrementitiæ & immodicæ cauſa referenda eſt ad glandularum ſaliuatricum facultatem retentricem imbecilliorem, vel ad expultricis

irritationem ab humore ſaliuali, acriori, ſalſo, aut quantitate aut qualitate moleſto. Interim defluit humor excrementitius à cerebro, cùm alimentum proprium non benè coquit, alterat, commutat in ſecundas humiditates, vnde copia crudioris & ſeroſæ pituitæ in os defluentis. Sæpè ptyaliſmus originem ducit ab ore ventriculi, cum imbecillum & languidum eſt nimióque humore excrementitio exudat & madet, fluctuátque. Nam interior ventriculi tunica, gulæ, faucibus, & omnibus oris partibus inducitur, éſtque continua. Illa igitur humoris excrementitij copia, preſſa, vellicata, moleſtata, ſeſe contrahit: & quod tenue, ſeroſius, liquidiúſque eſt, in os exprimitur. Qui motus tametſi ſurſum præter naturam fiat, tantum vomitionis appellatione non poteſt cenſeri: quod non fiat manifeſto conatu ventriculi. Imò ſenſim & ſine conatu ventriculus rei noxiæ iniuria vellicatus ac laceſſitus ſurſum per os reiecta.

Melancholici ſputum frequens & copioſum reiectant. Coctiones enim illis malæ obeuntur ac perficiuntur, vnde excrementorum prouentus: & hinc ptyaliſmus. Qui victu humidiori & copioſiori vtuntur, & bibuli, pitiſſatores, hydropotæ laborant ptyaliſmo. A vitioſa conſuetudine fit nonnunquam ptyaliſmus. Sunt enim quidam aſſiduè & indecorè ſputantes, qui etiam ſine ſaliuæ, aut ſputi, aut pauciſſimi eductione πτυαλίζουσι, ob deprauatam conſuetudinem. Si partes oris, vt gingiuæ, tonſillæ,

colu-

columella doleant, vlcerentur, fluxiones in os attrahunt, & promptius recipiunt, vnde ptyaliſmus. Si columella laxior in fauces propendeat, aut vlceretur, concitat ptyaliſmum. Si corpus illinatur vnguento recipiente hydrargyrum, ſua tenuitate & euaporatione fluxiones in os concitabit, vnde aphthæ, & ſaliuatio. Ptyaliſmus etiam præcedere ſolet ac prænuntiare vomitionem, nam aquoſior redundánſque pituita per os ſenſim emergit & reiicitur iis, qui vomituriunt, ob linguæ, & partium oris cum ventriculo conſenſum, per membranam communem. Eadem ratione iis, qui ſumpſerunt medicamentum, ptyaliſmus & ſaliuatio erumpere ſolet: & ſaliua copioſior in os exurgit, præſertim cùm os ventriculi humore excrementitio, & aquoſo ſcatet, & medicamentum ſua natura nauſeabundum fuerit, quale eſt agaricum, ſyrupus ſelecti roſarum ſolutiuus, radix aſari. In ptyaliſmo, multa interim pituitá tenuis & aquóſa per os reiicitur: vt in bibacibus, pitiſſatoribus, & in iis, qui fuerunt delibuti vnguento argenti viui. Interim nihil ferè reiectatur aut educitur in ptyaliſmo, ſed ſputatio fit frequens, tamen ſine ſputi aut pauciſſimi eductione. Quod ſymptoma ſi ægris contingat, & morbo graui laborantibus, mentem iudiciúmque lædi & affici ſignificatur, vt fit ſæpè in mania & phrenitide: ſi verò ſanis, id ferè eſt à mala conſuetudine à teneris inducta, vt ſuprà monuimus.

Curatio ptyaliſmi.

A Varietate cauſarum ptyaliſmi, ſumendæ ſunt eius differentiæ & curationis diſcrimina. Quibus ignoratis non eſt facilè aſſequi rationem ſiſtendi, aut ſupprimendi ptyaliſmi. Nam ſi à cerebri frigida humida intemperie fiat ptyaliſmus, à corporis vniuerſali purgatione, caput ſiccandum, calfaciendum topicis remediis, & ratione victus, quæ omnia abundè ſunt à nobis ſupra deſcripta. Illuc recurrendum. Si à ventriculo humidiori, ac imbecillo frigidiori: vtendum victu calfaciente ſiccante. Vitanda iuſcula, acetaria, fructus præſertim crudi, difficilia coctu, legumina. Bibendum parcius, ſed meracius. Roboranda facultas concoctrix & retentrix, dioſpolitico Gal. ex 4. ſanit. tuend. Et electuario aromat. roſat. in clauſula cœnæ aut prandij. Item elect. diatriωn piperεωn. Imò piper ſolum integrum, vel modicè confractum, ſumi poteſt ante & poſt cibum. Hoc enim flatus diſſoluit, & coctionem iuuat. Vtatur per interualla pilulis de hyera, & de aromatibus.

cerebro. *ventriculo.*

[P]uluis [d]igeſtiuus. ℞. Aniſi conditi ℥.ß. pul. aromatici roſati ʒ.ß. cinnam. galangæ ana ℥.ß. corticis citri ſicci ℈.ij. piperis ℈.j. ſacchari albi ℥iij. fiat puluis, qui ſumatur è cochleari antè & poſt cibum. Humidiorem ventriculum indicat ſaliuatio frequens, quem reſiccabis inedia, nec tantùm potus, ſed etiam potulentorum paucitate: non cœnent, vtantur biſcocto, aſſis non elixis, hydroticum

droticum & laconicum benefaciunt, vt & ſequens opiata.

℞. Conſeruæ bethonicæ & acori an. ℥ j. cornu cerui vſti, coralli vtriuſque an. ʒ. j. cum ſyrupo de mentha fiat opiata, capiat manè in exitu lecti ad quantitatem caſtaneæ: vulgus ſolet vti puluere ducis cum vino, vel panem toſtum intinctum vino conſpergit iſto puluere (puluis ducis fieri ſolet ex ſacchari ℔. j. & cinnamomi ℥. j.) vel nux moſchata teratur, coquatur cum melle & aqua vitę, vſque ad cōſumpt. aquæ, ſumatur manè ex cochleari, vel *Opiata.* *Pul. ducis*

℞. Conſ. acori, cortic. citri cond. myrab. emblicor. cond. an. ℥. ß. pul. aromatic. roſ. ℥ ij. nucis moſchat. condit. theriac. vel mithrid. an. ʒ. j. cum ſyr. conſeruationis citri fiat opiata. Ante partum capiat tabellam vnam aromatici roſati, aut hoc puluere coctionem adiuuante: malo enim ſumi ante paſtum quę iuuant concoctionem, quàm à paſtu, quia calida, ante perfectam coctionem alimentum diſtribuant. *Opiata.* *Arom. roſat.*

℞. Garyophillor. nucis moſchat. cinnam. an. ʒ ij. pul. aromat. roſ. ℈ iiij. cum quadruplo ſaccharo fiat puluis, de quo capiat quotidie ante paſtum cochlear vnum ſuperbibendo parum vini, vt præparetur ventriculus ad coctionem proximam. Ad extremum Hippocratis & Pauli conſilio admouebis tria cauteria, vnum ad Xiphoïdem, duo paulò inferiùs, forma triangula, non ſint profunda, ſed cutem ſolam perforent. Quidam ſunt contenti vno magno ad orificium ventriculi appoſito, quod iubent diu *Pulu. digeſt.* *Cauteria.*

teneri apertum, vt humor noxius hac expurgetur.

Pilulæ. ℞. Aloës elect. non lotæ ʒ vj. maſtich. ʒ j. rhabarbari ʒ. ß. ſalis gemmæ ℈. ij. roſar. rubr. gr. vj. Omnia ex arte parata miſceantur cum ſyr. de abſynthio, fiat maſſa, è cuius drachma formentur pilulæ ſex: capiat duas bis aut ter in hebdomade paulò ante cœnam.

Corroborantia. Alterantia & corroborantia remediorum hæc ſunt exempla.

Pilulæ. ℞. Rhabarb. elect. in ſucco menthæ diligenter nutriti ℥. ß. ammoniaci & benjoini vino odoro diſſolutor. an. ʒ. j. maſtich. & garyophillor. ana ʒ. ß. ſantali citrini ℈. j. pulu. abſynthij pontici ℈. ij. ſalis fraxini ʒ. j. malaxentur omnia cum ſyr. de cichorio, & fiat maſſa pilularum, de cuius ʒ. j. formentur pilulę vj. capiat iij. per horam ante cœnam bis in hebdomade.

Tabellæ. ℞. Specierum diarrhodon. abbatis & roſatæ nouellæ ana ʒ. ij. raſuræ cornu cerui, & eboris an. ℈. ij. margarit. electar. ſuccini albi & flaui an. ℈. j. granorum berberis ʒ. ß. ſacchari aquæ cardui benedicti, vel bugloſſi diſſol. q. ſ. fiant tabellæ ponderis ʒ. j. ſumat vnam bis in ſeptimana horis duabus ante prandium, ídque iis diebus, quibus abſtinebit à pilulis.

Opiata. ℞. Conſeruæ florum borrag. & rad. bugloſſi ana ℥. j. carnis cydonior. cort. citri, mali citrii ſaccharo conditor. & myrabolanor. emblicorum ſimiliter conditor. an. ʒ. vj. pul. coralli rubri, raſur. ebor. margarit. ſplend. & fragmentor. lapid. pretioſor. an. ℈. j. ambræ griſeæ electæ gr. iiij.

iiij. cum ſyrup. conſeruat. corticis citri fiat opiata, de qua ſumat ad quant. caſtaneæ, ſuperhauſto vini generoſi momento, ídque tabellarum loco.

♃. Cortic. citri ſicci, ſantali citrini, & calami aromatici an. ℥. ß. ſemin. coriandri præp. ladani, ſtyrac. maſtich. & ſchœnanth. ana ʒ ij. nucis moſchat. macis, garyophillor. ana ʒ. j. trochiſcor. galliæ vel aliptæ moſchatæ ℈. iiij. pulu. cyprij Monſpellienſ. ʒ. vj. aut ℥. ß. fiat puluis craſſior, excipiatur pauco cottone & ſerico rubro, figatúrque ſacculus quadratus diu noctúque geſtandus ſuper regionem ventriculi, ſuſpenſus de collo cum filo carmeſino. Opiata ventriculum roborans. *Sacculus pro ſtomacho.*

♃. Radic. enulæ campanæ conditæ pul. elect. diambr. & aromat. roſati an. ℥. ß. conſ. flor. bug. & roſar. antiquæ ana ℥ ij. garyophillor. nucis moſchat. zinzib. cinnamomi an. ʒ. iij. moſchat. an. ʒ. ij. moſchi g̃. xij. ambræ griſeæ g̃. vj. aquæ cinnamomi ℥. j. cum ſyrupo de mentha fiat opiata, de qua ſumat ad mollem nucis auellan. mane horis quatuor ante paſtum, ſuperhauſto ſi libuerit vini abſynthitis momento. *Opiata.*

♃. Panis albi aniſati & biſcoct. ℔. j. pul. cinnamomi ℥. ß. ſeminis aniſi ℥. j. ß. coriandri præpar. ℥. j. ſacchari roſati ℥ vij. fiat pul. de quo capiat cochlear j. poſt quemlibet paſtum nihil bibendo aut comedendo poſteà. Pro topico admoueatur ſequens emplaſtrum *Puluis digeſtiuus.*

♃. Emplaſtri de maſtich. ℥. j. cerati ſtomachici ℥. ß. pul. menthæ, aromat. roſ. an. ʒ. j. cum

oleo de abſynth. fiat emplaſtrum, ex quo ſcutum pro ſtomacho.

♃. Olei nuc. moſch. ℥. j. olei menthæ, & maſtich. an. ℥. ß. pul. ſpic. ℈. j. moſchi g. xv. ambræ griſeæ ʒ. ß. ligni aloës g. xx. garyophillor. ℈. j. cerati ſtomach. Gal. ℥. j. ceræ ℥. ß. fiat vngu. quo calido vngatur regio ventriculi. Vide accuratè ea quę authores ſcripſerunt peptica, ſtomachica, coctionem iuuantia, robur ventriculi firmantia. Si ptyaliſmus fiat ab vuæ laxatione, ea in locum & ſtatum reducta, ptyaliſmi erit medela. Supra tradidimus rationem columellæ repellendæ. Si ab vlcere, aut aphthis oriatur ptyaliſmus, repete remedia ſuprà dicta in aphthis. Similiter ſi ab vlcere partium oris, & ab illitu vnguenti Neapolitani, illinc quoque remedia petenda. Si à victu frigidiori, humidiori, vt à nimio potu in bibulis & pitiſſatoribus, fructuum nimio vſu, victu contrario vtendum. Nam contrariorum contraria ſunt remedia. Præſcribetur diæta ex guayaco, vel chyna, Vtatur ſecundario decocto expreſſo & colato pro potu ordinario. Obſeruat hanc victus rationem per xv. aut xx. dies. Quo tempore vtatur omnibus aſſis potiùs quàm elixis, pane biſcocto aniſato & benè fermentato, paſſulis, amygdalis torrefactis, & cœna ſit ſemper frugalior prandio.

De de-

De deſtillatione in laryngem & aſperam arteriam, & de vitiis vocis.

Cap. XXVIII.

DEſtillatio fit ſæpè in laryngis muſculos aperientes vel claudentes lingulam : vnde anginarum variæ ſpecies, & reſpiratio difficilis, vocis læſiones. Sæpiſſimè verò fit fluxio in membranam internam ipſius laryngis, hinc membranæ eroſio, abraſio, vlcus, tuſſis, reſpiratio difficilis, & vocis læſiones variæ. Ac de anginæ curatione, dictum ſuprà, cùm agerem de ratione curandi inflammationem partium oris & faucium. Nunc conſtitui agere de deſtillatione in membranam internam laryngis, & de cauſis raucitatis, aliorúmque lęſæ vocis ſymptomatum : prius tamen quædam commemorabo de voce. Vox φωνὴ, eſt ſonus naturæ animatæ, id eſt animalium tantum, nec tamen omnium. Nam tibiarum & fiſtularum ſonus vox non eſt, niſi καταχρηστικῶς & quadam ſimilitudine. Et apes edunt murmur non vocem. Cicada ſuum quendam ſonum, non vocem : ſerpentes longum ſibilum, & auicülę ſuos tinnulos & modulos, non voces ſonant. Sunt tamen aues quædam dociles & vocales quæ longa audiendi conſuetudine edoctæ, voces hominum ſonare æmulentur. Vel vox, eſt aër inſpiratus & mox à pulmonibus expiratus efflatúſque, & ad laryngem ac palatum deſtinatò alliſus ac repercuſſus, vnde tuſſis, ſibilus, ſternuta-

De vitii[s] vocis.

Vox eſt n[o]bilißima functio v[o]luntaria, ex motu cogitationis & deliberationis procedens.

In voce ſpiritum aduocamus & premimus an[...]

tatio & id genus ſoni, quanquam iiſdem fiant partibus, quibus vox, tamen à vocis definitione abiunguntur: quod in his aër emiſſus à pulmone non allidatur laryngi deſtinato & certo conſilio.

Vocum differentiæ vnde ſumantur.

VOcum diſcrimina ſumuntur à laryngis & aſperę arteriæ temperamento. Nam ſi moderatum temperatúmque fuerit, vox fit ſuauis, dulcis, amœna, blanda, placida, auditu gratiſſima, & iucundiſſima.

A temperamento paulò ſicciori, vox fit canora, clara, reſonans, clariſona etiam dicitur Claudiano, nam inſtrumenta muſica, vt fides, cytharæ, debent eſſe ſicca, proinde fluxione humectatis vocalibus inſtrumentis vox rauceſcit. A temperamento multò ſicciori, vox fit tinniens, tinnula, ſtridula, clangoſa, qualis gruum. A temperamento humidiori à natura vox fit fuſca, infuſcata, obſcura, confuſa. Quod ſi larynx, aut arteriæ membrana ſit humidior à defluxu excrementorum, vox fit non ſolum obſcura, ſed etiam rauca, rauceſcens & βραγχώδης φωνὴ. A temperamento calidiori, fit larynx & arteria aſpera, ampla. Vnde vox grauis. A temperamento frigidiori, fit larynx & arteria anguſtior: vnde vox acuta & exilis.

Vocum

Vocum differentiæ ab arteriæ amplitudine & anguſtia.

AMpla & lata arteria, vocem facit grauem. Tamen ex ſententia Ariſtotelis tria requiruntur ad vocem natura grauem, aſperæ arteriæ amplitudo, aëris emiſſi copia, dilatationis aeris tarditas. Copia enim facit, ne citò exeat. Sciendum tamen vocem grauem, aliam eſſe à naturali arteriæ amplitudine, aliam à voluntaria laryngis & lingulæ dilatatione. Nam pro noſtro arbitratu, latius aperimus & diducimus laryngis cartilagines, & vocem modò grauem, modò acutam efficimus.

Βαρυφω... Ad v... graue... tria r... quiri.

Vox g... nis fit ... fariam...

Vox acuta fit ab arteria anguſta & arcta. Ariſtoteli tamen requiruntur tria ad ὀξυφωνίαν, arteriæ aſperæ anguſtia, aëris emiſſi paucitas, & dilatationis aëris per arteriam velocitas. Vnde pueri, mulieres, ſpadones, eunuchi, vocem acutam edunt ob arteriæ anguſtiam. Senes etiam, & ægri acutum ſonant, quia parum aëris mouent ob imbecillitatem: & quia paucus aër emittitur, acutè ſonat. Hæc eſt ratiocinatio Ariſtotelis de natura vocis grauis & acutæ. Vnde quo quis infirmior, inualidior, frigidior, magis acutum ſonat, quia parum aëris mouet. Valdè exercitati etiam acutum ſonant, ſed alia ratione, quia efflant vehementius, vnde aër à pulmone velocius expiratur. Quod autem velox in dilatatione & motu per arteriam, acutum in voce.

ὀξυφωνία tria requiri.

In proble mat.

Vocum diſcrimina ab aeris emiſſi vehementia, & remiſſione.

λοφωνία SI à pulmonibus aër per arteriam & laryngem validè & copioſè expiratur: vox fiet: magna, grandis, valida, vehemens, ampla, plenior, ſonantior, ſtentorea, robuſta. *æſtio.* Sed quæritur, an vox magna & valida, poſſit eſſe grauis. *ætio.* Videtur non poſſe: quia in magna aër velociter mouetur, nam validè impellitur: ſic nunquam grauis, vtpote in qua aër tardè effertur. Nec etiam poteſt eſſe acuta, quia in magna, aër magna copia ἀθρόως impellitur, in acuta verò paucus aër expiratur quia via eſt anguſta. Sic magna nec grauis erit, nec acuta. Magna itaque & grauis differunt, quia hæc ſine magno, illa cum valido aëris fit impulſu. Conueniunt verò aëris impulſi copia.

Vox parua, remiſſa, cum per arteriam aëris paucus, remiſſè exiliter emittitur. Vox parua & acuta conueniunt aëris emiſſi exiguitate, ſed in hoc differunt, quod in acuta aër validè poteſt expirari, in parua ſemper remiſsè.

Ad vocem paruam referuntur vox exilis, infirma, exigua, refracta, puſilla, caſſa, tacita, compreſſa, ſummiſſa, defecta, demiſſa, inflexa, interciſa.

Vocum

Vocum differentiæ, à conformatione tunicæ ſuccingentis laryngem & cartilagines arteriæ.

SI membrana interna ſuccingens & ſublinens laryngis cartilagines fuerit leuis, humoréque ſubpingui moderatè oblita, & tanquam ſuperficie polita, æquabilis & leuigata, vox erit dulcis,lenis, liquida,limpida, blanda, ſuauis, pura,iucunda. Nam aër & ſpiritus ſine impedimento ad laryngem vſque,vbi vox colliſa formatur,æquabiliter permeat. Sin tunica hæc fuerit inæqualis,aſpera, ſalebroſa, natura vel accidenti,vt rheumatiſmo, excrementis,pituita craſſa,puræ: vox erit inæqualis, exaſperata,interrupta,interciſa.Nam quum aër efflatus à pulmone,in arteriæ partes inæquales impingit, ſonum facit exaſperatum,diſſonum,ſtridulum:vt fit in ſono,qui à lima inæquali, & ferro eliditur,huiuſmodi ſonus & vox emittitur à gallinaceis pubeſcentibus.

Ex hac tunicæ æqualitate & inæqualitate,alia etiam vocum differentia ſequitur, nempe, vocũ alia eſt mollis, & flexibilis, alia durior & rigida,abſona,quippe ex arteria molli, & leuigata,vox éxiſtit ductilis,fluida, liquida,& ad omnes motus flexibilis, quod enim molle eſt & lentum,varium fieri poteſt,modò paruum,modò magnum:nunc graue,nunc acutum. Contra,arteria durior & tanquam rigida,non facilè cedit ac flectitur, nec ad vocum varietate eſt obſequioſa.

Hactenus generalis & ſummas vocum diffe-rentias recenſuimus, at ſi propius indiuiduo-rum & ſingulorum ἰδιοσυγκρασίας velis, totidem ferè voces diſſimiles inuenias, quot in rerum natura ſunt mortales. Nam ſua cuique vox, ſi-cut facies. Porrò vox homini data eſt propter ſermonem & pronuntiationem ad mentis con-ceptus exprimendos: & vt vnuſquiſque cantu & modulatione ſeipſum ſolaretur, laborúm-que onus facilius tranſmitteret. Nec ad deli-cias tantum, & aurium pruritus, vox eſt homi-ni data, ſed etiam ad animæ pathemata ſedan-da, harmoniámque iuuandam. Admirandum autem illud naturæ καὶ τοῦ δημιουργοῦ, in laryn-gis & lingulæ compoſitiones, artificium, ars hominum eſt imitata. Similes enim ſonos, gra-ues, moderatos, & acutos in muſicis inſtrumen-tis ars reperit. Et quòd naturæ ſunt pulmones, id arti ſunt folles. Quod naturæ & homini ſunt larynx glottis, & lingula, id arti ſunt lingulæ tibiarum & fiſtularum, quas ori admouemus. Hinc muſicæ inuentio, & eius ſtudium: quod plurimo in honore olim eſt habitum. Illud et-iam, tanquam parergon, addam Muſicam exer ceri aut voce aſſa, id eſt ore humano prolata, ſi-ne inſtrumento muſico, aut neruorum chorda-rúmque tactu contemperato. Et ea quæ ner-uis intenduntur, κρουόμενα, ἔγχορδα, ἔντατα, πρόσω-δα dicuntur, aut à ſpiritu & flatu ſoni ſuaues & harmoniæ parantur, vt in tibiis, & fiſtulis. Et huiuſmodi inſtrumenta πνευματικὰ, καὶ ἔμπνευ-στα appellantur, vel aquæ ratione, modulatio,

rro a- l No- m.

& ſoni

& ſoni amœni audiuntur, vnde ὑδραυλικὰ organa quibus Nero mirificè delectabatur. Muſicam ignorare ac neſcire olim turpiſſimum erat, hanc enim non modò adoleſcentes & iuuenes, ſed & pueri diſcebant, vt labores aſſiduos vitæque duritiem, & aſperitatem, moréſque auſteriores hac, quaſi condimento & dulcedine lenirent & temperarent.

Vocis læſæ differentia & prognoſtica.

PRiuſquàm rectè voci læſę remedia ſtatuantur, multa ſunt conſideranda: primum, quis locus & ſedes affecta mali occaſionem attulit, antequam remediis ſit locus vllus, videndum etiam, an vox ſit abolita, & omnino adempta, imbecillior & diminuta, deprauata, vt rauca βραγχῶδης φωνὴ. Si vox eſt omnino abolita, & abſciſa, ſymptoma dicitur ἀφωνία, Latinè mutitas & vocis priuatio, vnde ἄφωνος mutus, qui vocem edere non poteſt. Verum Hippocrates ἀφώνους ſæpè nominat eos, qui iacent ſine ſenſu & motu, quales ſunt apoplectici, cataleptici, ſuffocatæ ab vtero, vult enim ex vocis graui noxa κατ' ἐξοχὴν reliquarum actionum, quæ fiunt κατὰ προαίρεσιν, læſionem ſignificare. Et ſanè experimentis videmus, in graui morbo, vt qui vocem omninò amiſerint, ſenſu & motu etiam deſtituantur, vt plerique moribundi, & qui ob cauſam ab alto, aut ictum validum, attoniti fiunt ἀναίσθητοι. Itaque ἀφωνία variè contingit ancipitíque & vago nomine vſurpatur. Ali-

quando enim voce abolita, ſunt, qui mouent corpus, ſentiunt, & ſignis quibuſdam ſenſa animi declarant. Aliquando verò cum voce perit ſenſus & motus. Hoc poſterius ſymptoma accidit læſi animali principio cerebróque. Illud verò accidit peculiari vitio partium vocalium, vt neruorum recurrentium, vel muſculorum laryngis. Eſt quando voce integra, homo fit ἄναυδος. Perit ſermo & loquela. Quod indicium eſt reſolutionis vel grauis cuiuſdam affectus inſtrumentorum, quibus articulata vox & ſermo exprimuntur. Vnde illud obiter dicam ἀφωνίαν differre ἀπὸ τῆς ἀναυδίας, vocémque differre à ſermone & loquela. Nam φωνὴ, materia eſt τῆς αὐδῆς, vt vox ſermonis, vt exufflatio, vocis: expiratio, efflationis. Prioribus autem abolitis aut vitiatis, neceſſariò poſteriora læduntur, non contra. Voce enim dempta, ſermo perit, præſertim ſermo ſono perceptibilis, non contra.

Si ἀφωνία fiat, cerebro valdè oppreſſo, refrigerato, ventriculis affatim obſtructis, vt in apoplexia, catalepſi, comitiali morbo, malum aliquando deſperatum, aut ægrè medicabile, pro cauſæ magnitudine.

Si à neruis recurrentibus præciſis, malum ferè immedicabile, aut ſi altera tantùm parte ſint affecti, homo ſemiuocalis redditur. Si à facultate animali, & ſpiritu interceptis, & non tranſmiſſis ad laryngem curatur aliquando affectus, ſi cauſa leuior fuerit. Si ab angina & laryngis tumore, fiat aphonia, inflammatione & tumore cu-

re curatis, vox redibit. Si tunica aſperæ arteriæ affecta, eroſione, vlcere, craſſa pituita, curari aliquando poteſt, vt poſt audies. Si ab ἐκστάσει & taciturnitate melancholica, fiat aphonia, curata melancholia loquetur.

De voce diminuta, infirma, tremula.

Vox diminuitur & debilitatur ab iiſdem cauſis, à quibus fit aphonia, ſed mitioribus, & leuioribus, vt quum facultas animalis φωνητικὴ mittitur quidem, ſed ægrè & diminutè mittitur à cerebro, vox fit minuta, infirmior, tremula, fatiſcens: Cum muſculi laryngis ægrè mouentur ob tumorem, aut pituitam inhęrentem laryngi, aut vlcus: aut cum humore lento, craſſo, multo impediti ſunt, aut nimia ſiccitate exucci, vix flecti moueríque poſſant, tunc vox læditur variè. Et modò minuitur, modò deprauatur, nunc aboletur, pro ratione & magnitudine cauſæ, fitque ſymptoma modò medicabile, nunc deſperatæ curationis.

Pituita lenta viſcida faucibus & larynge, mora longa loci caliditate.

Thorace vulnerato vſque ad muſculos intercoſtales, vulnere præſertim inſigni, & penetrante ad ſpatium thoracis, aut altera eius parte reſoluta, homo fit ſemiſpirans, aut ſemiuocalis.

Thoracis vulnus.

Alter neruorum recurrentium ſi pręcidatur, aut ſi in extractione ſtrumarum euellatur, homo fit ἡμίφωνος, ſemiuocalis. In febribus acutis & cauſo, ſiccitas & calor vrens in larynge & arteria, cauſæ ſunt contractionis, & anguſtiæ in

Si nerui præciſi.

...irium ...rmita- & in- ...menti ...itie.

laryngeà ſiccitate. Vnde febricitantes, & graui morbo calido laborantes fiunt ἐξυφωνοῦντες vocémque ſonant acutam, tremulam, caſſam, defectam. Hinc obſeruamus vocem, quæ per bonam valetudinem grauis aut magna fuerat, in febre ardenti degenerare in acutam & paruam & reſtitantem. Et in metu magno, & pauoribus vox fit exilis, tremula, parua, à pauco calore & ſpiritu: qui in metu relinquunt inſtrumenta vocis & ſermonis.

...ina- ...alitatē ...mbra- laryn- & ar- ...ia.

A ſiccitate arteriæ, maiori quàm par ſit, vox primùm fit acutior, mox aſperior: dein aucta ſiccitate, fit clangoſa & ſtridula, vt ſuprà annotatum. Tandem malo increſcente, fit κλαυθμώδης, luctuoſa, interciſa, offenſans, & ſuſpirioſa. Humor minus madefaciens vocalia inſtrumenta, præſertim laryngem, & tunicam interiorem laryngis primum vocem infuſcat & obſcurat: deinde raucam efficit. Quod ſi humor & excrementa nimium in arteriam deſtillarint, vox rauca etiam languet, contremiſcit, vacillat, vt in ebriis & pueris: Tandem malo increſcente, vox aboletur, at reſoluitur: fitque aphonia. Vox grauis à natura ſi vi morbi fiat acuta, aut contra ſi acuta à natura, fiat grauis, mali atrocitate, malum Hipp. in Coacis.

...ngulis ...uſis vo- ...s dimi- ...utæ, pro- ...ia reme- ...ia appo- ...enda.

Vt his ſymptomatis, vocis diminutę & læſæ ſuccurrens, ſtudendum prius tollere cauſas omnes mali, tum internas, tum externas. Et ſingulis ſingula & propria remedia opponere.

De voce,

De voce deprauata, qualis eſt rauca.

VOx fit raucoſa, rauca, raua, βραγχώδης, non ratione ſpiritus & efflationis à pulmonibus, quæ eſt materia vocis, ſed ratione meatus, id eſt arteriæ aſperæ & eius membranæ, quæ nimis refrigeratur, nam frigus aduerſatur non ſolum claritati vocis, ſed omni actioni, vel caleſit, nam calor igneus, à ſiccitate arteriam inæqualem & ſalebroſam facit, vel exaſperatur à deſtillatione, excrementis, pituita viſcida, pure, vel laſſatur à nimia contentione, vociferatione, clamore, vel eroditur à deſtillatione acri, ſalſa, vel vlceratur eroſione, ſequitur exulceratio, vel raucedo fit vt plurimum à deſtillatione in fauces, aër enim per materiam catarrhi veluti per aquam delatus raucum edit ſonum, nam inſtrumenta debent eſſe ſicca, proinde fluxione humectatis vocalibus inſtrumentis vox raucefcit. Raucedo à ſola intemperie frigidiori ſæpè contingit iis, qui venantur multum vociferantes. Aquilone flante; aut qui vehementi & longa exercitatione calfacti, multum ſudantes, poſito thoracico indumento, ſtatim aëri frigidiori ſe exponunt, aut humi cubantes loco frigidiori dormiunt ſeminudi. Raucedo fit etiam, cum aër inſpiratur fumidus, puluerulentus, fuliginoſus: item cum à locis ſubterrancis, metallorúmque fodinis, teter & caliginoſus exhalat, inſpiratúrque. Et cùm halitus efflatus ab animali frigidiori, inſpiratur, vt à lupo, vnde illud, *Lupi Mœrim videre priores.*

Cauſ raucitatis.

Aër Aquilonius & glacialis infuſcat vocem, quia frigus omni actioni aduerſum, & quia arteriam inæqualē reddit.

Aër à metallorum fodinis.

Quum potus frigidior affatim & magna copia hauritur, vt æſtate aqua putanea, aut fontana, aut vinum niue, vel alia ratione gelatum, aut alia quælibet actu aut potentia frigidiora, vt lactucæ, portulaca, cucumeres, fructus fugaces, ſi magna copia ſumantur. Quum derepentè, & præter conſuetudinem, ornamenta capitis, pectoris, pedum mutantur, præſertim calidiora frigidioribus: & cùm Auſtrum ſequitur Aquilo. Verſari diu ſub dio in aëre ſerotino die crepuſculaſcente, capite non bene cooperto.

Remedia raucitatis à ſola intemperie frigida.

IN hac raucitate, oportet corrigere intemperiem frigidam laryngis, & partium vocalium. Id fiet cohibendo diu ſpiritum continendóque animam & anhelitum vt calor in organis reſpiratoriis & vocalibus augeatur. Confert etiam inſpirare aërem, calidiorem ab igne accenſo ex lignis ſiccis, ſarmentorum vitis, lauri, iuniperi, roſmarini, oleæ, quercus. Similiter iuuabit continere ore piper, zinziber, garyophillum, galangam, ſemen aniſi, aut fœniculi, edere allium & ſinapi.

Curatio raucedinis à deſtillatione in laryngem & arteriam aſperam.

Si deſtillatio in laryngem & pharyn

SI rheumatiſmus in laryngē & pharyngem ſit acris, aut ſalſus, amarus, erodens, naſcitur gutturis aſperitas, raucitas, branchos, & tuſſis,

ſis,quę plerumque eluditur ob tenuitatem hu- *gem ſit*
moris. Curabitur autem purgatione conue- *cris.*
nienti, vt ſuprà eſt dictum in vniuerſali cura.
Deinde catarrhus & fluxio,calida acris, tenuis
ſiſtenda, incraſſanda, vtendúmque arteriacis
antidotis,ὑπνωτικοῖς quæ ſomnos concilient,ſomnus enim incraſſat tenues fluxiones & ſiſtit
eaſdem. Arteriaca, antidota ſunt ita nominata, *Antidota*
quòd iuuent & ſiſtant deſtillationes ac rheu- *arteriacæ*
matiſmos à cerebro in arteriam aſperam & *cur ita nò*
pharyngem: vnde conferunt, valéntque ad *minata.*
βραγχώδεις φωνάς, raucedines, voces abſciſſas,
vitia etiam pulmonum & thoracis, & ad tuſſis
irritationes,tuſſes recentes,& inueteratas,arteriæ aſperæ inæqualitates, aſperitates, ſalebras.
Conferunt omnibus raucoſis,phonaſcis,declamatoribus, & qui vocem exercent dicendo,
pronuntiando,canendo,vociferando.

Ad ſiſtendum rheumatiſmum & deſtillationem calidam, acrem.

℞. Syrupi de papauere & violati an. ℥.j. ſumat hora ſomni è cochleari. Si diluas ſyrupos
[illegible]uca aqua lactucæ,potio erit magis ſoporife-
[illegible] vel pro noctu.

℞.Syr.de roſis ſiccis & de papa.an.℥.j.ſumat
[illegible]ra ſomni è cochleari.

℞. Seminis papaueris albi puluerati in pol- *Opiata.*
[illegible]em ℥.j. ſeminis lactucæ ʒ. iij. conſeruæ vio-
[illegible]um & roſarum an. ℥.j. ſyrupi de papauere
[illegible]antum ſufficit, fiat opiata qua vtatur ſub

horam ſomni ad quantitatem vnius caſtaneæ.

℞.Syrupi de papauere & iuiubar.an.℥.j.miſce,ſumatur hora ſomni à cochleari,vel diluantur aqua hordei,vel aqua lactucæ.

Pilulæ de cynogloſſo arteriacæ ſunt,detur vna,vel duæ hora ſomni,vel

...ula Scri... ij Lar... ſomni... æ.

℞.Styracis calamitæ, myrrhæ,thuris,opij ana ℈.j.croci gr.ij.fiat maſſa cum ſyrupo de papauere,formentur pilulę ſeptem,detur vna ſub hora ſomni , ſi ſomnum non ſatis longum fecerit dentur duæ altera die: nam ſedant dolorem & ſomnos alliciunt,vel

...lus ſom- ...ferum.

℞.Seminis papaueris albi puluerati ʒ.ß.conſeruæ roſarum & violarum an.ʒ iij.miſceantur ſimul , fiat bolus , qui detur ſub tempus ſomni.

...al.lib.7. ...catop.

Diacodium Galeni ſimplex, catarrhum tenuem à cerebro in pulmones , & inde natam tuſſim & vigilias iuuat. Si autem deſtillatio defluens in laryngem & bronchia ſit acrior mordaciórque , loco mellis miſcenda penidia & ſaccharum. Nam mel fluxiones acriores,calidioréſque irritat. Sin fluxio fuerit copioſa, aquoſa,pituitoſior,mellitis vtendum.

...el irri- ...at fluxio ...es cali- ...das.

Si raucedo fiat deſtillatione frigida,poſt purgationem, vtendum linctu vel loch de pino, electuario diaireos vocato,diacodio Galeni cum melle.Item arteriacis, bechiſciſque mellitis & ſaccharatis,infra dicendis.Syrupus de hyſpidula,ſeu eloropo , vulgò de pede cati,humoris enim irruétis impetum cohibet,fluxum coquit,

partem

partem affectam, roborat,& expectorationem mouet.

Si raucedo fiat à laßitudine muſculorum,& tunicæ ſublinentis cartilagines.

FIt ſæpè raucedo à vehementi clamore, vociferatione,& nimia contentione vocis, ſimiliſque contingit affectus muſculis laryngis, qualis manibus, cruribus, & omnibus muſculis à nimio labore accidit laſſitudo modò inflammatoria vlceroſa aut tenſiua hinc tibicines, præcones, comœdi, tragœdi,& omnes phonaci qui vocem contendendo exercent, ſæpè illam confringunt & raucitatem à laſſitudine muſculorum laryngis incurrunt. Sed vt oleum foris admotum, corpus à laſſitudine curat & vindicat: ſic cibi ſorbitiones & medicamenta, morſu carentia, & velut illinentia affectam à laſſitudine arteriam iuuant. Vitanda ſunt acria, ſalſa, acida quæ exaſperant fauces, vtendum hordeatis, auenatis, amygdalatis, gelatina, conſummatis, expreſſis, oryza, ouis tremulis,& carnibus euchymis. Ex oleribus borrag. bugloſſ. pimpinellæ, tuſſilaginis. Ex fructibus vuæ paſſæ, dactyl. iuiubæ, ficuum, prunæ, amygdalæ toſtæ, nauclcæ pineæ, bibatur aqua hordei, vel ptyſana cum ſyrupo aliquo bechico,& violato, vel de glycyrrhiza, bibat ſæpè, & parum, vt per vias lubricas faciliùs ſputum procedat, nunquam bibat actu frigidum, quia frigus inimicum pectori, expuitionem impedit;

A voce magna ſimul acu diu con nuata f laßitud in muſc lis lary gis.

Tame phonaco ſæpius p eo ſum tur qui vocis fo manda magiſter

Victus r tio.

tepidũ verò iuuat, quia coquit, maturat, & de parte inflammata aliquid ſemper reſoluit. Arteriæ aſperitas leniatur etiam ſyrupi de glycyrrhiza, ſyr. violat. de iuiubis, capillorum veneris, penidiis, ſaccharo roſato, conſerua florum tuſſilaginis ſolida & liquida, ſaccharo cando, tabellis diatragacanthi frigidi. Si tenuior deſtillatio eludat conatum pulmonis, incraſſetur ſyrupo violato, iuiubino, de tuſſilagine, pilulis albis, ſiſtatur ſimul & incraſſetur diacodij ℥.j. vel philonij ʒ.j. vel ex pilularum de cynogloſſo ℈.j. fiant pilulæ duæ deglutiend. hora ſomni, poſteà concoquendus eſt humor & euacuandus, concoquatur ſyrupis calidis & lenientibus tracheam arteriam. Si materia ſit ſalſa, vel aliquam habeat ſublimitatem & caliditatem concoquatur ſyrup. viol. & de iuiubis. Si viſcida ſit & craſſa melle roſato, anthoſato, vel ſcyllitico. Commiſcentur ſyrupis cum decoctione hordei, vel pectorali. Datur interdum ſyr. de papauere cum ſyrup. de ſtœchade. Sed dandi ſunt cum decoctione borrag. bugloſſ. pimp. tuſſilag. pulmonar. ſcabioſ. hyſſopi, paſſar. liquirit. vel in aquis hyſſopi, meliſſæ, capillor. veneris. Si igitur materia & calida, vel nimis ſubtilis, fiat ſic

[I]ulep. ℞. Syr. violati & de papauere ana ℥.ß. cum aqua hordei fiat iulep, detur à principio, cùm materia adhuc fluit. Sequentibus diebus, fiat aliud iulep ſic

[I]ulep. ℞. Syr. de iuiub. & violati an. ℥.ij. ſyrupi liquiritiæ ℥.j. cum decocto hordei fiat iulep, vel cum

cum decoctione pectorali. Si autem à materia frigida, & multùm viſcida, concoquatur hoc modo

℞.Mellis roſ.colati ℥.j. ſyr.de glycyrrhiza ℥. ij.aquarum hyſſopi, meliſſæ, capillor. veneris, enulæ campanæ an. quart.j. fortior erit ſyr.de praſſio, de ſtœchade cum decoctione pectorali. Si clarificand. & aromatiſand. velis, id fiat cum ʒ.j.cubebarum quæ à tota ſubſtantia vim habent clarificandi vocem. Purgetur pilulis præſcriptis in capite de catarrho, vel cum electuario Indo, vel de citro ſolutiuo diſſolut. in decoctione pectorali, vel in aquis capillor. vener.vel hyſſopi,vel decoct.hordei. *Iulep.* *Purga.*

Ad vocis clarificationem vtantur tali lohot.

℞.Conſeruæ ireos ʒ iij. conſeruæ anthos & ſtœchados an.ʒ.j. farinæ orobi & pul. liquirit. an.ʒ.ij.ſacchari candi & penidi ana ℥.j.ß. cum melle roſat.vel ſyrup.de hyſſopo,vel de praſſio, fiat lohot,vel *Ad clarificationem vocis. Lohot.*

℞.Puluer.diairis ſimpl.ʒ iij.vitellum oui N. j,terebinth.abietis ʒ iij.ſi adſit laricea ʒ ij.farinæ orobi ℥.ß.cubebarum ʒ ij.mellis deſpumati q.ſ.fiat lohot,vel cum ſyr.de glycyrrh.Capiat lambendo cum baculo liquiritiæ raſo & contuſo:vtantur hoc gargariſmate. *Lohot.*

℞.Liquirit.raſæ ℥.j.iridis flor.℥.ß.paſſarum mundat.iuiubar. & ficuum pinguium an. par. vj.hordei integri P.j. orobi P.ß. fiat decoctio, in cuius ℔.j. adde mellis roſati colati & ſyr. de *Gargariſmus.*

praſſio an.℥ ij.fiat gargariſmus.Teneant in ore elect.tragacant. frigid.ſi materia acris ſit, diairis, pilulas bechicas, pilulas ſub lingua & alia. Vtantur fumigio præſcripto cap. de catarrho. Si verò raucedo fieret ob aſperitatem, vel ſiccitatem fiet talis decoctio.

...pus. ℞.Radic.biſmal.℥.j.liquiritiæ raſæ & radic. branchæ vrſinæ an.℥.ß. paſſar.mundatar.iuiubar.ſebeſten an.par.v.florum violarum, maluæ an.P.j.quatuor ſeminum frigidorum maior.& ſeminis bombacis an. ʒ.iij. hordei mundati P. j.fiat decoctio.In ℔.j.diſſol.ſyr.violati ℥ iij.ſyr. iuiubar. ℥.j.miſce, fiat ſyr. pro tribus doſibus, vel cum ſimili decoctione fiant gargariſmata, vel fiat lohot hoc modo.

...t. ℞.Conſer.violar.℥.j. butyri recent. & lactis amygdal.an.℥.ij. farinæ orobi ℥.ß.elect. diatragacanth.frigidi, & diapenidi ſine ſpeciebus ana ʒ.j.ß.omnia ſimul incorporentur fiat ad formam lohot, addendo ad dulcorandum ſyr.violati parum.Poteſt etiam fieri talis ſyr. qui vtilis eſſet in omni raucedine, à quauis cauſa facta fuerit.

...upus. ℞. Rad. liquirit. & biſmaluæ an. ℥.j. iridis Florentiæ ℥.ß.vel galang.ʒ.ij. caulium, capillorum veneris, ceterac, polytrici, adianthos, tuſſilag.pulmor. pimpinellæ, ſcab. hyſſopi, marrub.an.M.j.borrag.bugloſſ. tantundem, ſeminis cubebar.vel malu. ʒ.ij. hordei integri & orobi an.P.j.fiat decoctio.In cuius ℔.j. diſſolu. mellis vel ſacchari q.ſ. fiat ſyrupus pro tribus doſibus matutinis.Pars aliqua inſpiſſetur melle, &

le,& penidiis,vtatur loco lohot.

Optimum eſt vti frequenter pilulis Rondeletij de benjoino,vt ſi bis, vel ter in hebdomada capiat pilulam vnam. Mirabilem enim vim habent clarificandi vocem,deſcript.

Pilulæ benioi

♃. Aſſæ fœtidæ ʒ.ij. caſtorei, euphorbij, benjoini (quod eſt laſerpitium) opopanacis, ſagapeni an.ʒ.ß.trochiſc. alandaal ʒ.j.ß. ſeminis rutæ agreſtis,galang.calami aromat. ſpicæ nardi & celticæ ana ℈.j. cinnamomi, maſtich. myrrhæ, croci,eſulæ an. ℈.iiij. cum terebinth. ſufficienti quantitate ad incorporandum, fiat maſſa pilul. addendo mellis ſcyllitici (ad guſtum & ne tam facilè aceſcant) quæ artheticæ ʒ.j.ß.ſtœchados ℈.ij.fiant pilulę vj.pro drachma.capiat pil.iij. aut 4. mane in exitu lecti tribus horis ante prandium ſemel in hebdomada.

A materia calida.

Si vox rauca fit à fluxione calida purgandum erit corpus caſſia cum rheo, & mittendus eſt ſanguis. Obiter tamen notandum eſt quod Valeſcus in commentarios retulit, ſi rauco à deſtillatione mittatur ſanguis quo tempore catarrhus commouetur, aucta deſtillatione amiſſurum eſſe vocem. Conſulendum capiti vt parti mittenti, gargariſmo vtendum eſt repellente, ex ſyrupis & aquis adſtringentibus, aut

Ad ſiſtendum catarrhum calidum.

♃. Diacodij ℥.ij. capiat hora ſomni duo cochlearia ad ſiſtendum catarrhum,aut

Pilulæ linguæ.

♃. Gummi Arabici, tragacanth. liquirit.raſ. amygdal.penidiorum, ſemin. cucurbit. cucu-

meris & portulacæ an.ʒ.iij. croci ℈.j. fiant pilulæ tenendæ ſub lingua. Cubebę, vulgò grana paradyſi, ſenſim tranſglutitæ vel ſumptæ cum aqua mellis, creduntur proprietate mederi raucedini; quod ſequitur vocem claram efficit.

℞. Croci, myrrhæ & thuris an.ʒ.j. Coquantur cum paſſo, ſiue muſto decocto ad conſiſtentiam mellis, ſumat manè & ſerò inſtar caſtaneę. vel

℞. Hypoglottidum albarum ſacchari candi & elect. diatragacanthi frigidi an.℥.j. amygdal. dulc. ſcorticatar. N.vj. ſyr. capillorum vener. q.ſ. fiat elegma, capiat cum baculo liquiritię contuſæ lambendo ſeu lingendo. Aliud mitiſſimum & ſuauiſſimum

℞. Nucleor. non rancidos ℥.j. amygdalas recentes expurgatas N.x. penidiar. ʒ.vj. ſacchari candi ℥.ß. ſyrup. capillorum vener. q.ſ. fiat linctus, vel

℞. Nucleor. pineorum recentium ℥ iiij. amygdalarum dulcium ſcorticatar. ℥ iij. ſemin. melonum recenter expurgatorum ℥.ß. pulu. elect. diaireos ſimpl. ʒ.j. cinnamomi ℈.iiij. ſacchari albiſſ. diſſol. in aqua bugloſſ. quantum ſatis fiat confectio ſolida per fruſta diuiſa, quæ pyxide lignea ad vſus reconduntur, vel

℞. Penidiar. recent. & pilulæ bechic. an.℥.ij. amygdalar. purg. ʒ.vj. ſacchari albiſſ. in aqua capillorum vener. diſſolu. q.ſ. fiat pandaleon.

℞. Amygdalarum dulcium ℔.ß. pineorum nucleor. recentium ℥.iiij. quatuor ſeminum

frigi-

frigidor.maiorum mundatorum an.℥.ß.cinnamomi ʒ.ij.ſacchari candi,penidiarum,pilular. albarum hypoglottidum ℥.j.ſacchari albiſſimi in aqua roſar. aut bugloſſi diſſol. quantum ſatis,fiat placentula, quæ furno blandè coquatur, aut ſole, aut lento igne. Sunt qui ſaccharum non diſſoluunt, ſed terunt vnà cum amygdalis & pineis nucleis, nec vna eſt omnium Marcipanes ratio conficiendi, vel paſta regia ſeu regalis. *Marcipanes placentula c... re fu... vel ſol... indura...*

℞.Pulpæ alarum perdicis & caponis coctarum an. ℥.iiij. amygdalarum dulcium purgatar. pinearum recentium non rancidarum ana ʒ.iij. ſacchari candi & penidiati an.ʒ ij. pulpæ paſſularum mundatar. pulpæ dactylorum à fibris mundator.an.ʒ iij. ſacchari in aqua roſ.diſſol.q.ſ.fiat paſta. Coqui ſolet in furno, aut ſole in modum Marcipanis in pyxide reponitur ad vſus. Hæc placentulę & condita dulcia ſumuntur poſtremis epulis, cum ſtudes grata dulcedine roborare ſtomachum,aut animę,& anhelitus ſuauitatem conciliare. At ſi raucedini & arteriæ vitiis mederi velis etiam manè ieiuno dabis in ore diu continenda vt aliquid in laryngem percoletur. *Paſta ... gia ſeu ... galis a... riaca ... tentu... ſuauis palato gratiſſima.* *Vſus.*

Quòd ſi abolita ſit vox,aut imminuta ob paralyſim linguæ, vel ſi à neruis vocalibus inciſi eſt malum immedicabile: ſi ab eiſdem reſolutis, obſtructis, perfrigeratis, non tantùm collum linatur oleo de caſtoreo, coſti cinnamomi, balſamo Guidonis, vnguento neruali, ſed etiam quartæ vertebræ, vnde exoriuntur, *Si vox abolit...*

eria cheia ſpera- le

eiuſmodi topica applicentur. Si propter arteriam exaſperatam vox lædatur, vel ſi vitium ſit in pulmone, ſyrupis & eclegmatis lenientibus leuigetur iam præſcriptis, vngendum vel illinendum eſt etiam totum pectus oleo amygdalarum dulcium recèns per expreſſionem extracto, vel vnguento reſumptiuo recèns diſpenſato. Raucedines, deſtillationes & grauedines coctionem in valde ſenibus non admittunt. Duo ſunt affectus, qui etiamſi videntur ſimiles inter ſe tamen magnopere differunt, raucedo ſcilicet & clangor. Clangor accidit in febribus ardentiſſimis, reſiccata aſpera arteria, & præſertim membrana eius interiore. In hoc autem præter ſiccitatem, vox eſt leuis & ſonora. At in raucedine, vox eſt aſpera & obſcura, cauſámque habet humiditatem. Præterea clangoſa vox mortem denuntiat: raucitas verò graue malum eſt, nec ſemper mortem adfert. Eſt itaque raucedo branchos Græcis quum humor defluit in aſperam arteriam: Latinis etiam dicitur Rauis. Raucitates igitur & grauedines in valdè ſenibus nō cōcoquūtur (inquit Hipp.) quia cùm pepaſmos, id eſt concoctio fiat à robore caloris natiui, in ſenibus calor eſt paucus & languidus, viréſque imbecillæ, frigidum eſt enim eorum corpus. Raucedines autem & coryzę exemplo demonſtrat verum eſſe, quod ſuperiore aphor. 40. libr. 2. dixit, morbos diuturnos comitari ſenes ad mortem. Neque enim hi ſoli duo morbi (vt ſcribit Galen. in comment.) non coquuntur in ſenibus, ſed etiam & nephri-

tis,

tis, & arthritis, & dolor colicus, & ſplenicus, & aſthmata, & tuſſes, & cyphoſis, id eſt gibbi, & lordoſis, ſeu repanditates aut gibbi in anteriora, & ſcolioſis, ſiue obliquitates, aut tortuoſitates, aliiq́ue morbi frigidi. Quum tamen dixit Hippoc. non concoquuntur, intelligendum niſi rariſſimè. Poſſumus enim naturam iuuare illis tribus viis, aut maturatione, aut diſſolutiòne, aut rarefactiòne. Verùm cùm difficillimum ſit reſoluere materiam in ſenibus & rarefacere, relinquitur nobis concoctio, hæc autem perficitur ea ratione, quam anteà docuimus.

Aſthmatis & catarrhi ſuffocantis indicia, cauſæ & curatio.

Cap. XXXIX.

Qvi citra febrem denſè ſpirant quòd anhelent, aſthmatici & ſuſpirioſi dicuntur. Ná aſthma Græcis, anhelatio, ſeu ſuſpirium appellatur. Aſthma eſt crebra reſpiratio citra febrem, qualis accidit iis qui citatiore curſu fatigati ſunt. Dyſpnœa etſi generatim omnem ſpiritibus difficultatem ſonat, propriè tamen pro crebra reſpiratione citra ſonum ac anhelationem vſurpatur. Dyſpnœa ſe celat, canit aſthma morbúmque reuellat. Orthopnœa eſt vbi nulla vrgente febre laborantes recta ceruice perpetuò ſpirare coguntur, ſuffocationis metu, propterea quòd vbi decumbunt totus thorax ſupra ſpinam ipſam concidit, quod ſit,

Catarrhi præſuffocans.

vt arctior reddatur via ſpiritus, ac ſuffocari proinde videantur.

Cauſæ ſunt eædem quæ pulmonis obſtructionis imprimis verò humoris craſſi, lentíque pulmonum bronchiis impacti copia, crudúmque tuberculum in pulmonibus genitum: ideóque febris expers, hic affectus eſt, quia frigidus. Quem interdum ſequitur catarrhus præſuffocans: nempe quum ad pulmonum infarctus ſubita multáque inciderit fluxio, ab humidiore cœlo ſoleve, aut crapulâ genita: vt non ſit is aliud, quàm repentina inopinatáque fluxio in partes reſpirationi dicatas, quæ grauibus ſuis ſymptomatis imminentis exitij metum incutit. Spirandi difficultas ex Celſo ſi modica eſt, nec ex toto ſtrangulat dyſpnœa, ſi vehemẽtior cum anhelitu ſonóque aſthma vocatur. Quum acceſſit id quoque, ne, niſi recta ceruice trahatur ſpiritus, orthopnœa. Poſtremum hoc genus ægrè ſpirandi eſt in catarrho ſuffocante verius quàm dyſpnœa. Quanquã hoc ex Galeno ſymptoma eſt læſæ reſpirationis. Orthopnoicis, Aſthmatis, pleuriticis & empyicis cõmune, ideóque cęteras à Celſo poſitas difficultatis ſpirandi differentias in ſe cõtinet, quomodo à nobis frequenter vſurpatur. Cæterùm in obſtructione pulmonis, aſthmate & catarrho ſuffocante ſtertor quidem & ſibilus eliditur, partim quia calore cordis & pulmonis, motúque frequenti ſiccus eſt redditus humor: partim quia pulmonum alis, quæ natura ſiccæ ſunt, pertinaciter impingitur, quo fit vt vias ſpiritus arctás & cohibens

hibens orthopnœam inferat. Periculoſiſſima mala ſunt adeóq; interim acuta vt ægros promptè ſtrangulent, ob vehementiſſimas acceſſiones quæ contingunt, cùm multa deſtillatio repentè in pulmones iamdiu infarctos atque coarctatos magno impetu irruit & ſæpiſſimè iugulat.

Catarrhi ſuffocantis curatio.

AFfectus hic rarus eſt. iis plerúmque ſuccedens, quibus infarcti plurima pituita pulmonis cauitates dyſpnœam adferunt, iiſque quibus cerebrum plenum & infirmum eſt, maximéque generoſo vino madere & ingluuiei, inertiæque ſe dedere ſolitis. Quibus ideò celerrimè ſecta vena remedium eſt: quia tùm non modò bronchia pulmonis pituita turgent, ſed vicinæ venæ pariter obſtruuntur, vt in hac Apoplexiæ ſpecie, quæ Apolyſin appellari ſolet. Ergo properè venā aperire, quod ſæpè fœliciter egimus, plenitudo vaſorum ſuffocationis metus, quæ depletionem exigunt, ſuadent: minùs quidem ſi dum vena ſecatur, pulſus imbecillior virium infirmitatem indicat: ampliùs verò, ſi pulſus tùm aſſurgit plethoricúmque corpus eſt. Tum indendus clyſter acrior, qui reuellat, admoueantur cucurbitæ cum ſcarificatu & multa flamma ſcapulis, lumbis & natibus, admoueatur etiam veſicatorium ſcapulis. Ad incidentia quoque properandum quæ craſſos humores findant, & ſputis educant, è ſyrupis

Quibus e[...] cur in ca[...] tarrho pr[...] ſuffocan[...] vena ſe[...] canda.

capite de catarrho deſcriptis, quib. aquam cinnamomi, vitæque miſcebis, qui maximè tenuant, vel

rupus. ℞. Oxymellitis ſcyllitici ℥. j. ſyr. capillor. vener. ℥. ß. miſceantur, capiat ſæpè cum cochleari, vel.

qua clarata. ℞. Cinnamomi craſſiuſculè contriti ℥ ij. macerentur in ℔. j. aquę vitæ, per ſe in vaſe vitreo. In alio vaſe vitreo per ſe & ſeorſim macerentur ſacchar. albiſſ. ℥. vj. in ℔. ß. aquæ roſarum, ſtent hæc omnia ſeorſim in infuſione per duos vel tres dies, agitãdo quolibet die pluries hęc duo vaſa: tandem ſimul miſceantur materię in ipſis contentæ, & per manicam tranſmittantur, colatura ſeruetur in vaſe vitreo benè obturato, ſumat cochlear vnum aut duo ieiuno ſtomacho, vel

leum ſacari. ℞. Sacchari albi craſsè tuſi ℥ iiij. aquæ vitæ ℥ viij. aquam vitæ ſuccende in ſcutella argentea vel figulina vitrea: in quam ſaccharum iniice, continuè ſpatula agitando, donec flamma ceſſet. Tum adde aquæ roſaceæ ℥ ij. vel aquę tuſſilaginis, vel hyſſopi, enulæ campanæ, ſcabioſæ, aut tuſſilaginis. Ad oregmonem ſeu orthopnœam, ſeu ſonitum pectoris cum difficultate anhelandi & ſuffocatione.

d oregmonem.

ulep. ℞. Gummi ammoniaci in lachrym. ʒ. j. oxymelitis ſcyllitici ℥. ß. ſyrupi capillor. ven. ℥. j. ß. decocti pect. quantum ſatis fiat iulep, vel

Axungia ſerpentis. ℞. Axungiæ ſerpentis ʒ iij. diſſolue cum iuſculo & ſumatur.

ataplaſma. ℞. Cepam vnam albam, excauatur, implea-

cur

tur oleo chamæmelino &irino,coquantur ſub cineribus, piſtentur addendo farinæ fœnugræci ℥.j. vnguenti dialtheæ ℥.j.ß. applicentur ſupra thoracem.

℞.Folior.hyſſopi,origani,marrubij,pulegij, bethonic.ſcabioſ.cardui benedicti an. M.j.rad. iridis Florent.&enulę campanę inciſor.an.℥.ß. agarici ʒ.x. zinziberis ʒ ij. coquantur in ſufficienti quantitate aceti affuſa tertia parte aquę, & adde mellis puriſſimi quantum ſufficit, coquantur ad iuſtam cōſiſtentiam & fiat oxymel, de quibus vrgente neceſſitate cohlear vnum ſenſim deglutiatur,vel *Oxymel.*

℞.Aquarum meliſſæ & tuſſilaginis ana ℔.ß. Infunde per noctem ſuper cineres calidos, rad. enulæ campanæ & iridis Florentiæ an.ʒ.j.cinnamomi ℈.iiij.Factæ expreſſioni,& bis,térque colatæ, adde ſyrupi ardentis, ſeu olei ſacchari ℥ iij.fiat clareta inſolanda,ſi ſeruanda.Facultas habet eximias ad orthopnœam, & expectorationem. Incidit enim,coquit, attenuat & ſputum mouet.Mirificè etiam confert vſus diabutyri quotidie ad ſemunciæ pondus accepti, videlicet ſummo mane ante prandium, & hora ſomni,cuius apparatus eiuſmodi eſt *Aqua clareta.*

℞.Amygdalarum amararum,nucleorum pini,caricarum pinguium,dactylor.maturorum, paſſular.purgat.an.℥ ij.butyri recentis ex aqua fontis pluries eloti ℥ iiij.ſucci liquiritię &tragacanth.an.℥.ß. ſeminis vrticæ, hyſſopi, iridis, thymi,ſatureiæ, praſſij, pulegij ſiccor. ana ℥.ß. cinnamomi,zinziber. pyrethri an. ʒ ij. garyo- *Diabutyrum.*

phillor.piperis,galangæ, aniſi,carui, cardamo-mi an.ʒ.ß.ligni aloës, nucis moſchatæ an. ℈.j. mulſæ ℔.iij.fiat elegma. Ita auté medicamentum componito, dactylos, caricas, ac paſſulas prius terito, atque in mulſa per diem macerato, tum léto igni aliquantiſper coquito ac per torcular vniuerſum liquorem exprimito, cui adiicito butyrum electum,atque iterum prędicta aliquantulum coquito, demum percolato. Colaturæ adiicito grana pini & amygdalas priùs contuſas atque omnia ſimul diutiùs in mortario citra intermiſſionem ducito, addendo paulatim prædictos pulueres tenuiſſimos ac tandem miſcendo ℥ ij. pulmonis vulpini diligentiſſimè contuſi,& electuarium conficito ex quæ dictum eſt exhibendum, vel electuarium Magiſtrale ex ſulphure

Diaſulphur magiſtrale. ℞.Sulphur. viui contriti ℥ vj. infuſi in aqua tuſſilaginis per diem & noctem tum ex eadem optimè abluti ſacchari cádi ℔.j. aquæ tuſſilag. vel hyſſopi,aut capillor. veneris quod ſatis eſt, ad eclegma conficiendum per moderatam coctionem, cuius exhibent manè & ſerò ſemunciam antè prandium, ac cœnam: ex quo vt ne immodica fiat pulmonis, ſeu pituitæ in eo redundátis exſiccatio,poſt eiuſmodi medicamentum exhibent ſcyathum aquæ hyſſopi,hordei, vel tuſſilaginis,permixtę cum ſyrupo de hyſſopo,de liquiritia, de praſſio,de iuiubis, vel violat.vel

Opiata. ℞.Conſeruæ capillor.vener.℥. j. puluer.millepedum (vulgò Cloportes (vſtorum ʒ.ij. con-

ſeruæ

ſeruæ enulę campanæ & iridis an.℥.ß.diaireos ſimpl.ʒ iij.cum ſyr.capillor.vener. fiat opiata, de qua capiat ad quantitatem nucis iuglandis manè ante paſtus, ſuperbibendo parum aquæ ſcabioſæ, vel capill.vener. In obſtructione contumaci Galenus laudat diaſulphur quod conficit ex ſulphuris, piperis & ſinapi æquis partibus, vt frigidæ & craſſæ pituitę eorum calorę eliqueſcat, datur ex ouo ſorbili à ℈.j. ad ʒ.j. aut terebinthina permiſcetur.

℞.Pul.prædicti ℈.ij. vel ʒ.j. terebinthinæ ʒ. ij. fiat bolus. Terebinthina ad omnes obſtructiones eſt ſingularis. Arabes exhibent ſolum ſulphur cum vitello oui, chymici flores, vel ſal ſulphuris, alij dát oleum ſaluiæ, roſmarini, thymi cum aqua ſaluiæ, vel cum iuſculo. In catarrhis ſuffocatiuis & epilepticis paroxyſmis puerorum ad ſperma cæti, magnitudine piſi, in lacte nutricis diſſoluti, inque os infantis inſtillati tanquam ad ſacram anchoram confugiendum eſt, vtiliter etiam exhibent ſcrup. dimidium elect.diamoſchi, vel diambrę, vel plures arcotic. vel theriac.veter.& probat. Admoueatur cauterium potétiale occipiti ſeu nuchæ inter primam & ſecundam vertebram, deciſa ſcarrha teneat vlcus longo tempore apertum. Si materia eſt craſſa & viſcida *Lobel.* *In catarrho ſuffocatiuo infant.*

℞. Aquæ infuſionis lauand. ℥.j.ß.lilior. conual.℥.j.caſtorei ℈.ß. aquæ cinnamomi ʒ.j. capiat è cochleari, vtatur ſuffitu de carabe adexcitandum &reuocandum calorem natiuum, & inunge aurę &tempora oleo de nuce moſcha-

ta, vel ſaluiæ, roſmarini, vel ſampſuci, aut laurini, & iniiciatur clyſter.

Clyſter. ℞. Quatuor remollitiuar. origani, calamenti, maioranæ, ſaluiæ, rutæ, quæ arthetic. herbæ paradyſ. hyſſopi an. M. j. ſeminis aniſi, fœniculi & agarici an. ʒ ij. florum chamomillæ, meliloti, anthos, ſtœch. centaurij minor. ana p. j. fiat decoctio. In ℔ j. colat. diſſol. hyeræ ſeu logodij & benedict. laxat. an. ℥ j. ſalis ʒ j. olei chamęm. aneth. rutæ an. ℥ j. fiat clyſter.

Iulep. ℞. Syrupi de hyſſopo ʒ vj. de ſtœch. comp. ℥ ß. oxymelit. ſcyllit. ℥ j. ſimpl. ℥ ß. aquæ infuſio. lauandulæ ℥ j. hyſſopi ℥ ß. fiat iulep, capiat ex cochleari calidè.

Electuar. ℞. Conſ. flor. ſalu. anthos, bethonic. an. ʒ vj. lohot ſani & experti, & lohot de ſcylla an. ℥ ß. mythrid. opt. ʒ j. ſpec. diapraſſij, dianthos, pleriſarc. an. ℈ j. diacaſtorei ℈ ß. ſyrupi de hyſſ. q. ſ. fiat elect. capiat ad quantitatem auellanę.

Trochiſci ſubling. Si catarrhus eſt ſubtilis & tenuis ℞. Boli arm. præp. gummi Arabici & tragac. an. ℈ ij. ſemin. pap. albi ʒ j. nucis moſchatæ toſtę ʒ ß. ſacchari penidij ℥ j. candi ℥ ß. cum muſcill. ſemin. cydonior. ex aqua roſar. fiant orbiculi parui, teneat j. in ore hora decubitus, vel capiat cochl. j. diacodij, vel pilul. de cynagloſſ. ℈ j.

Puluis. Inunctio pect. ℞. Coriand. præp. ʒ v. coralli rub. roſar. rubr. ʒ j. margarit. ℈ j. ſacch. ℥ vj. fiat pulu. capiat cochlear. j. vngatur pectus oleo amygd. dulc. ℥ j. ß. pingued. gallin. ℥ j. pulu. croci ℈ j. Sanguis *Miſsio ſang.* verò de conſilio Medicorum ſtatim mittendus præmiſſo clyſtere acriori, frictiones in ſcapulis,

collo,

collo, brachij, cruribus, item ligaturę fortes faciendæ. Veſicatorium apponēdum ſupra commiſſuram coronalem, lohot de ſcylla cum oxymelite & ammoniaco dandum, ad incidēdum, ſi materia ſit craſſa, vel ſi tenuis ad pilulas de cynagloſſa, tamen ne vnum ſcrupulum in doſi excedamus perueniendum, vt dictum eſt. Nam qui frequenter defluxionibus laborát in catarrhum ſuffocantem interdum incidere ſolent, qui non minùs periculoſus eſt, quàm apoplexia. Si corpus eſt valdè plethoricum, ſine ſenſu & motu, & tamen viribus ſatis validis, purgandum eſt corpus aqua benedicta Rulandi cuius hæc eſt deſcriptio.

℞. Croci metallorum ℥.j. aquæ cardui benedicti ℔.ij. vel iij. cinnamomi ℥.ß. macerentur omnia per biduum, aut triduum, deinde colentur & aqua ſeruetur: cuius doſis ℥.j. ß. vel ℥.ij. detur mane horis quatuor, aut quinque ante prandium. Croci metallorum hæc eſt vera & magis accepta deſcriptio. *Aqua [be]nedict.*

℞. Stybij & ſalis nitri electi pulu. an. partes æquales miſce, repone in conum fuſorium, vel ollam fictilem ferendæ ignis violentiæ aptam, dein huic materiæ immitte prunam ardētem, incendetur materia ſtatim, & ferè in momento deſinet comburi: poſtea conum vel ollam ſimul cum materia in mortario tere, & tritis, & in alio vaſe terreo amplo repoſitis ſuperaffunde aquæ fontis quantitate ſufficienti, ſtent ſimul donec aqua colore ſubcroceo tingatur, ſepara hanc aquam per inclinationē & ſerua, nouā aquam *Crocus [me]tallor.*

prædictæ materiæ reaffunde, ſepara, & ſerua vt ſuprà. Sic continuando donec amplius non tingatur vel ſaltem parum: tunc omnibus depletionibus, vt dictum eſt, ſeruatis, & in vaſe terreo repoſitis iniice aceti deſtillati quãtum ſatis, antimonij tinctura pręcipitabitur & fundum petet, quod factum dignoſces ſi aqua clara & limpida appareat, hanc aquam ſepara per inclinationem, aut filtrationẽ, materiam in fundo exiſtentem collige & repone in vaſculum terreum vitreatum, exſiccetur igne lento ſuper cineres calidos, pulueretur, & hoc eſt quod vocant crocum metallorum, vel

la. ℞. Maſſæ pilularum coccearum ʒ.j.ß. diſſoluatur cum aqua ſaluiæ & fiat potio, ſumatur ſtatim, vel

io pur-s. ℞. Hieræ picræ Galeni ℥.j. aquæ ſaluiæ, vel hyſſopi, vel bethonicæ ℥ iiij. fiat potio, vel

io. ℞. Maſſæ pilularum coccearum minor. ℈.ij. aquæ hyſſopi & ſaluiæ an. ℥ij. vel aquæ ſampſuci ℥ iiij. fiat potio.

Cautio in catarrhorum cura vtilis.

utio. IN catarrhi deſcenſu, qui vehementem tuſſim plerumque excitat, in initio vehementer irritãtia adhibere notum eſt. Verum illud etiam diligenter aduertendum eſſe, à me obſeruatum eſt, ne noctu aut veſperi tempore decubitus irritantia & ſputum vehementer mouentia, ſumantur. Id enim ſi fit, tum commotione materiæ ſomnus impeditur, & ſæpè periculum ſuffoca-

ſocationis excitatur, dum tuſſiendi conatū vehementi mota materia repentè inferiùs præcipitatur. Quare, vt & ſomnus promoueatur,& catarrhi materia per quietem coquatur, ac incraſſetur,& vires capitis magis firmentur, proderit decubitus tempore, vel ſaccharum roſaceum, vel conſeruam de roſis ſiccis, manus chriſti cum perlis, vel aliud quiddam in ore continere, quod humores incraſſet, & ab omnibus irritantibus tuſſim abſtinere. Si tamen maiori ſomni tempore peracto, ſputum facilè efficientibus opus eſt, adhibeantur moderatiora, ne nimis commota materia defluens, moleſtiam euidentiorem concitet,& catarrhorum delapſus augeatur.

Regulæ ſalutares ad præcautionem catarrhi.

NVllum eſt tam efficax remedium in medicina, quod ſolitū auxilium afferre queat, ſi ei victus ratio vel reſiſtat, vel non adiuuet. Gal.lib.de Theriac.ad Pamphilianum.

Sanitatis ſtudium eſt non ſatiari cibis,& impigrum eſſe ad laborem.

Menſæ ne ſint æquales, ſed cœna ſemper leuior.

Inter vnam & alteram menſam nullus cibus aut potus ingeratur.

Potus quantitas non ſuperet alimenta ſicca.

Molles cibi ac liquidi ſemper durioribus præmittendi.

In eadem menſa ciborum varietas vitanda,

Cum licet per pedes ſemel quotidie corpus exercitatio incaleſcat, nam exercitium debet ſemper antecedere cibum.

Vitandi animi affectus, & curę prudentiæ fræno moderandæ.

Somnus octo horas non excedat, nec ſeptem breuior.

Somnus diurnus omnino fugiatur.

Siquid nimia menſa eſt peccatum, ſequentis menſę parſimonia corrigatur.

Semel in ſeptimana vna mēſa omittatur, cùm ſcilicet natura minùs cibis videbitur indigere.

Cibus non deglutiatur, quin ore probè maſticetur.

Nullus ſumatur cibus, niſi priore concocto, ad quod octæ horæ in imbecilli ſtomacho requiruntur.

Ea ſit cibi & potus menſura, quam vſus docet commodè ac ſine labore conficere poſſe.

Motus, cibus, potus, venus, omnia mediocria.

Animaduertēdum eſt aërem, cibum, potum, corporis motum, veſtes leuiores, aut grauiores, ac reliqua omnia, à quibus ſcilicet lędatur, aut iuuetur, vt illa fugiat, hæc verò ſequatur.

Aluus quotidie ſit mollis, aut natura, aut arte.

Extremè calida in cibo, potu, ac aëre vitentur, itidem frigida.

A cibo ſtatim, ac pleno ventriculo legere, ſcribere, ac grauioribus cogitationibus operam dare perniciosum eſt.

Violentus motus à cibo ſtatim omnino fugiendus.

Potus ne ſumatur, priuſquam bona cibi portio ſit ingeſta.

Cibus nouus ne vnquam ſumatur, niſi priore probè concocto.

Mane erecto corpore, membra omnia fortiter extendantur.

Panis ſit optimus, ac mollis, cum pauco ſale mixtus.

Vinum ſit rubrum, aut flauum, benè maturum, mediocriter potens, minimè vaporoſum, ſed potiùs aligophorum & aquoſum.

Ex oleribus endiuia, bugloſſa, borrago, menta, fœniculum, hyſſopum, thymum, ſampſuc. expetantur, reliqua vitentur.

Fructus molles (niſi probè maturi, ac dulces, & parcè, ac initio menſæ cum pane) ne aſſumentur.

Fructus duriores, qui diu durant ſeu ſeruátur, vt amygdalæ, pinę, piſtachia, paſſulę, oliuę, cappares, caricæ, poma apia, pyra, cydonia, & alia odorata in fine menſæ adhibeantur cum ſaccharo coct.

Caſeus, ac lacticinia omnia vitanda.

Piſcium rarus ſit vſus, ſoli friabiles admittantur adhibito vino, atque nuce moſchata, & garyophillis.

Aromata omnino vitentur niſi temperata & cum aliis mixta.

Oua recentia optima ſorbilia, tremula ſuffocata.

Caro veruecina, vitulina, columbina, perdic. & auium montanarum in quotidiano ſint vſu.

Sed caro aquaticarum auium omnium fugiatur, vt anatis, anſeris, bouis & ſimilia.

Caro ſit potius toſta quàm elixa, non vſta, ſed probè cocta.

Viſcera & extremæ, ac neruoſę partes animalium vitandæ.

Legumina omnia, bulbi, fũgi, ac radices eſculentę, quod ægrè coquantur, craſſi ſucci ſint, ac flatulenta, prorſus fugienda. Salſamenta quoq. tam carnes quàm piſces ne attingãtur quidem, quod nimium calfaciunt, ac praui ſint ſucci.

Conchylia, oſtrea, ac teſtacea omnia fugienda, quia lentum ac craſſum ſanguinem gignũt.

Pathemata animi fugienda ſunt, quia omnes morbi ex animo naſcuntur.

Pinguedo vitanda eſt, quia ventriculum relaxat.

I. Aphoriſmi ad curationem catarrhi. Si catarrhi materia ſit calida à calore liquante deſtillans, aut frigida à frigore comprimente delabens, materia & cauſa eadem remedia requirunt. Si verò materia ſit frigida & cauſa calida, aut contrà, materia & cauſa, remedia contraria poſtulant. In hoc igitur pugnantium indicationum complexu, vrgentiorum maior eſt habenda ratio, altero interim non neglecto.

II. In catarrhi curatione tres proponuntur ſcopi, primus vt eius ſcaturigo arceatur, ſecundus vt fons exhauriatur, tertius vt concitatior ſiſtatur fluxio. Ad arcendam catarrhi ſcaturiginem inſtituenda victus ratio quæ materiam augeri prohibeat, ad eius fontem exhauriendum, ma-

teria aptè pręparata vacuanda, auertenda, deriuanda, diſcutienda: ad cõcitatiorem fluxionem ſiſtendam, vię per quas materia defluit laxiores adſtringendæ, vt eius intercipiatur curſus, partes imbecilliores, corroborandæ, ac intemperies omnino corrigenda.

Si catarrhus tanta copia tantóque impetu III.
confeſtim irruat, vt inde manifeſtum vitę periculum impẽdeat, vel ſi deſtillatio tenuis, acris, fauces erodens & exulcerans recta in pulmones illabatur, materia protinus nec cocta nec vllo medicamine præparata, venæ ſectione, purgatione, clyſteribus acriuſculis euacuanda, auertenda, mox adſtringentibus ſiſtenda fluxio. Alioqui fluxio non eſt in cerebrum partem nobilem retrudenda & repellenda. Adde quòd adſtringentia ſputi eductionem remorentur.

Sanguis in catarrho mittẽdus ſi plethora ad- IIII
ſit: ſi catarrhus ab hepate calidiore, ac ſanguine feruidiore ſeu fonte oriatur: ſi in partem cuius officio vita carere nequit, vt pulmonẽ prolabatur: ac ſi febris coniuncta ſit. Alioqui phlebotomia nequaquam molienda eſt, quòd cerebrum partem exanguem & frigidam frigidiorem reddat, & quòd humor à cerebro per aſperam arteriam non per venas in pulmones deſtillet.

In curando catarrho leuiora cathartica initio V.
ſunt eligenda, ne materia quæ fluit, magis exagitetur.

Errhynorum & ptarmicorum ſeu ſternuta- VI.
tor. vſus nequaquam tutus eſt antequam cocta

vacuatáque catharticis materia fuerit, quòd ambo catarrhi materiam exagitent, & motu ipſo coqui prohibeant.

Siſtendo catarrho calido frigida, frigido verò calida adſtringentia magis conueniunt.

..atio- ..atar- ..ſcopi ..tuor. In curatione catarrhi ſcopi quatuor Medico proponuntur, ſecundũ Duretum. Primò vt materiæ generatio prohibeatur. Secundò vt fons eius exhauriatur: Tertiò vt ſiſtati catarrhi impetus deriuetur, reuellatur, vel omnino ſiſtatur. Quartò vt ſymptomata ex catarrhi prolapſu excitata corrigantur. In eadem curatione non eſt minor habenda ratio cauſæ efficientis, quàm materiæ aut partis ſuſcipientis. Nam ſæpè in materia catarrhi calida vtimur etiam calefacientibus ratione tempeſtatis aquiloniæ, *..omodo ..hordea ..vten..* quæ per expreſſionem catarrhum efficit. Notandum eſt autem in omnibus morbis eos errare grauiter, qui benè cœnati, media nocte hordeatum aſſumunt, cum abſque cœna eo ſolo vti debeant. Eſt enim hoc impatiens omnis conſortis, id eſt, omnium ciborum omníſque potionis. Nulli dubium eſſe debet modum curandi catarrhum admodum difficilem eſſe, cùm cauſa & affectus oppoſitas exigant intentiones curatiuas. Neque ſanè illius curatio iunioris medici eſt opus, ſed docti & experti. Aduertant igitur ægrotantes, vel eorum aſſidentes, ne in medicis eligendis, is cantetur verſus,

Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum.

Candidus imperti meliora, vel vtere noſtris:
Carpere vel noli noſtra, vel ede tua.

FINIS.

ANDREÆ LAVRENTI

ARCHIATRI REGII ET CAN

CELLARII IN CELEBERRIMA VNIVERSI tate Medicinæ Monſpellienſi Tractatus excellent ſimus de Catarrho è Gallico ſermone in Latinu conuerſus.

PER IOANNEM VIGIERIVM
Doctorem Medicum Caſſeronenſem.

Cerebrum eſſe frigidi & humidi ſedem, proinde Catarrhorum originem.

CAPVT I.

OPtimo iure magnum illud Gręcię oraculum Hippocrates plurimis in locis, cerebrum veram frigidi & humidi ſedem indigitat. Si enim eius medullarem ſubſtãtiam frigidum temperamentum, teretem formam & cauam, cucurbitulæ inſtar, Situm altũ de reliquis partibus inferis elatos vapores excipiẽtem ſpectemus, haud dubiè ea omnia gignendæ, & continendæ magnorum humorum copiæ accommodata comperiemus.

Subſtantiam cerebri mollem & medullarem eſſe neceſſe erat, quo facilius imagines imprimerentur, & inde orituri nerui facilius flecti poſſent. Verum diſſimilis eſt ea oſſium medulla, neque tamen cranio alimento eſt, nec igne liqueſcit, nec conſumi poteſt, eius origo multò nobilior eſt: Quippe quæ cum reliquis partib. ex ſynceriſſima & puriſſima ſeminum duorum parte efformetur, temperamentum cerebri frigidum eſt quo ſpiritus animales temperet impediátque ne diſſipentur: néve nobilis pars tot inſignibus actionibus intẽta arderet, rationem turbaret & facultatem motricem præcipitaret, quod Phreneticis accidit. Sæpè miratus ſum, præclarum Philoſophum Ariſtotelem cerebrũ refrigerandi cordis officio tantummodò alligantem, nec alij vſui deſtinantem. Si per tẽpus

&

& locum errorem eius arguere mihi liceret, talum potiùs quàm cerebrum cordis calorem temperare demonſtrarem. Sed ne diuagemur lectorem dimittemus ad Galenum cuius octauum librum de vſu partium conſulat, propoſitum perſequemur, monebimúſque cerebrum cùm ſit ſubſtantia mollis, temperamentíque frigidi & humidi (ſi cum cæteris corporis partibus conferatur) multa excrementa gignere. Quandoquidem enim ſanguine frigido, & crudo alatur, multum ſupereſſe & magnam ſuperfluorum excrementorum copiam comgeri neceſſe eſt, adeo vt ex ſe & natura ſua ad gignendas & continendas aquas diſpoſitum ſit: non paucas etiam per accidens propter formam & ſitum gignit, forma teres & caua cucurbitulæ inſtar vndique ex toto corpore vapores haurit, ſitus eius altus recipiendis ſpeciebus idoneus, ita vt vapores illi calidi ad partem frigidiorem delati condenſentur & in aquam conuertantur. Quemadmodum ea feruentibus hypochondriis natos vapores vbi cutem attigerunt frigidiorem denſari, & in ſudorem cedere cernimus, vel quemadmodum à calore ſolis elati vapores in mediam aëris regionem congelantur prius & deinde in pluuiam, grandinem, & niuem faceſſunt: vides igitur vt cerebrũ ex ſe, & per accidens gignendis excrementis ſit idoneum, ideóque iure optimo in omnibus animalibus nuncupetur frigidi & humidi ſedes, potiſſimúmque in homine: quoniam pro variis & multis functionibus animalibus amplior

pliori eſt quàm reliqua animalia cerebro.

Hęc autem excrementa ſi Hippocrati & Galeno credamus duorum generum ſunt alia craſſa, alia ſubtilia. Subtilia ſæpe per inſenſibilem tranſpirationem exhalantur & craſſa per canales expurgantur.

Ambobus ita conſuluit natura, vt mirandam cuique ſuam induſtriam proponat, ná vt ſubtilia vaporent, cranium perforauit, ſuturas has contexuit quę in corpore veluti canini aut ſpiraculi cuiuſdam vices gerunt, excernendis verò craſſioribus canales duos, & ductus per quos facilè euacuentur aquæ deſtinauit, horum alter ad naſum, alter ad palatum vergit. Per hunc potiſſimum expurgatur cerebrum quem ex ventriculo cerebri orientem videas latum initio & ſenſim ſe comprimentem, tandem infundibuli inſtar anguſto exitu in palato deſinentem. Inde datum ab anatomicis infundibuli nomen; per canalem hunc ſeroſi ſuperiorum ventriculorum humores expurgantur in glandem pituitariam nuncupatam, humores illos veluti ſpongia imbibentem, per varia deinde foramina, quæ à latere oſſis ſphenoïdis, ſicut & palatum verſus tendentia leniter deprimẽtem. Alter canalis ad naſum prorepit: duo ſunt cerebri proceſſus, mammarum præ ſe ſpeciem ferentes, ideóque proceſſus mamillares vocati præcipuus eorum vſus eſt odores ad cerebrum deferre, verum quando ſuperflua eſt excrementorũ copia, natura iis abutitur, & per has duas apophyſes ſeroſos humores, qui per os ethmoï-

des tranſeunt, expurgat. Hos duos meatus, naſum & palatum intelligo, natura ad purgandum cerebrum fabricauit.

Alij ſunt extraordinarij, quos Hippocr. deſignauit lib. de glandibus, vt oculi, auréſque, medulla dorſalis, venę, nerui, ſed tunc tantum huic vſui inſeruiunt cum naturalis œconomia cerebri peruertitur.

Quid denotet vox hæc catarrhus, quiſnam ſit affectus, & in quo conſiſtat eius eſſentia.

CAP. II.

CErebrum quandiu malè non afficitur excrementa naturalia tantùm gignit quotidie per meatus deſtinatos à natura ea expulſat: verum vbi intemperie aliqua tentatur multa congeruntur, quæ vel ſuo pondere (forma elementari) inferius ingruent, aut in partem aliquam expellentur virtute cerebri expultrice, copia vel malignitate laceſſiti. Hic humorum defluxus quoquo fiat modo catarrhus Græcis nũcupatur. Haud ignoro anguſtiorem eſſe huius vocis ſignificationem: & quemadmodum optimè à Galeno 3. de cauſis ſymptomatum obſeruatum fuit catarrhum propriè humoris in os defluxum denotare, vèrum communi eius ſignificatione vtar vt quemlibet à cerebro humoris deſcenſum in aliam partem catarrhi nomine declararem.

Catarrhus ſi credatur Galeno ſymptoma eſt tertij

tertij generis vitium in excrementis. Huic ſym-
ptomati præceſſit ſemper aliud, actio videlicet
læſa, quæ hoc loco coctio eſt, non digerente e-
nim vt par eſt alimentum cerebro nimia pro-
ducitur excrementi copia, cum verò coctio lę-
ſa ſit, ſymptoma immediatè ab aliquo pendet
morbo. Dyſcraſia ſcilicet, vt arbitror, plerum-
que frigida, & humida, ſicca etiam fateor, ali-
quando per accidens cohibente veluti vapores
ne exhalentur, calida quoque humores liquan
te, & vapores attrahente, rarius tamen hoc ac-
cidit. Pars igitur affecta in catarrhis cerebrum
eſt. Morbus intemperies immediatè coctionem
lædens, vnde naſcitur vitium excrementi. Vt
autem clarius innoteſcat catarrhi natura, phi-
loſophicè eum definiamus. Catarrhus motus
eſt humorum ab vno loco in alium quem phy-
ſici localem vocant, in quo motu Ariſtot. quin
que requirit, mobile, mouens, & tres terminos
a quo incipit motus, qua fit motus, & vbi deſi-
nit: In defluxionibus humor, qualibet ſit affe-
ctus qualitate, ſiue calore, ſiue frigore, dulcedi-
ne, acore, ſalſedine, tenuitate, craſſitie, ſeu ſim-
plex mixtúſve ſit, eſt id quod mouetur. Mouens
verò duplex internum & externum. Illud iterũ
duplex forma videlicet humoris, & anima ſiue
facultas expultrix. Humor ſi naturam & for-
mam elementarem ſequatur, ſemper deſcen-
dit, grauis enim eſt. Fit autem plerumque, vt
humor, ceſſante regimine animæ (quando fa-
cultas retentrix penitus labefacta eſt) ex ſeipſo
decidat nullo mouente alio ſui auctore pręter-

quam forma ſua & grauitate. Sic videmus pleroſque obeuntium catarrho ſuffocari, flacceſcente veluti & penitus debilitato cerebro. Alterum internum principium, humores mouens eſt anima: omnibus enim partibus quas vitæ donauit etiam virtutem expultricem naturæ indidit, qua ſibi nocitura ſecernant. Stimulatum igitur cerebrum vel prægrauante humorum copia vel pungenti qualitate, eam à ſe quã longiſſimè poteſt, obnixè expellit. Mouens externum eſt quicquid foris promit, laxat, aut quatit cerebrum: aër frigidus humores exprimit, calidus & balnea laxant & liquefaciunt humores, ictus, caſus, violentíq. affectus animę humorem cerebro incluſum, quatiũt, agitántque. Dato iam mouente humores, inquiramus tres illos terminos. Primus à quo moueri humor incipit, cerebri eſt, tum interna, tum externa pars. Humor ſæpiſſimè in ventriculis retentus totámque conſpergete ſubſtantiam inde moueri incipit alias extra cerebrum membranam intra & os incluſus defluxiones externas excitat. Loci verò per quos fluit humor qui ſecundus eſt terminus, ſunt meatus ordinarij & extraordinarij cerebri. Illi iterum ſunt naſus & palatum. Hi verò oculi, aures, nerui, medullæ, venæ, arteriæ, meditulliúmque, os & membranas interiacens, vel ſpatia muſculorum.

Terminus in quo deſinit motus, quælibet eſt pars corporis modò inferior ſit, capitíque ſubiecta, & debilis: nunquam enim defluxio per aſcenſum fiet. Atque hæc eſt definitio catarrhi

fúsè

fusè ſatis explicata perſequamur eius differentias.

De Catarrhorum differentiis.

Cap. III.

PRæcipuæ catarrhorum differentiæ, à materia fluente deſumuntur à partibus vel mittentibus, vel recipientibus, à ſymptomatis eos comitantibus, & à generationis modo omnium catarrhorum materia humor eſt, humorem dico quicquid actu liquidum eſt, & in corpore fluitat, in quo multa obſeruanda occurrunt, ſubſtantia, temperamentum, qualitas, ſapor, & mixtio, de quibus omnibus aliquot catarrhi differentias colligemus. Subſtantia aut conſiſtentia humoris (placet hoc Medicis vocabulum) eſt, vel tenuis, vel ſubtilis, vel craſſa, & denſa vel mediocris. Inde catarrhi ſubtiles, & acuti nonnulli, alij verò craſſiores. Humoris temperies calida, vel frigida, proinde catarrhi frigidi, vel calidi: quorum illi frequentius accidunt, frigidáque & humida cerebri intemperie producuntur: frigida intemperies facultatem concoctricem debilitat, adeò vt nimia inde excrementorum copia coaceruetur, impárque ſit cerebrum digerendis alimẽti reliquiis. Cerebrum humida dyſcraſia langueſcit retentrix facultas, nec humorum vtilium etiam fluxum cohibet. Multis dignoſcitur hic catarrhus indiciis, humor nullomodo mordax eſt, cere-

brum verò torpidum,oculi turbidi,auditus obtuſus,nares occluſæ,omnes denique ſenſus hebetes, vultus pallidus, corpus præ inertia & grauitate flacceſcit. Siquidem brachiorum & crurium vires per muſculos, & neruos vigent. Hic autem molliuntur nerui & veluti relaxantur, quoniam cerebrum commune eorum principium, aquarum eluuie quaſi inundatur. Medicus vt cautius rem agat, temperiem,ætatem,ſitum loci,tempeſtatem, & viuendi rationem expendat. Num temperamento ſit frigido, loca frigida, aquatica, & paluſtria incolat, brumali tempeſtate. Num fructibus vt plurimum veſcatur, cibíſque humidis & frigidis,vitámque deſidem & inertem agat:tunc enim nihil dubij ſupereſt, quin catarrhus ſit frigidus.

Sunt etiam noſtro iudicio catarrhi calidi reclamantibus licet multis Medicis, non modicæ eruditionis, ſed præponderat Hippocratis auctoritas vſu & experientia confirmata. Ille anginæ meminit, æſtiuæ, à catarrho ſubtili, acri & calido ortæ, flauum etiam & bilioſum per nares fluere humorem omnia corrodentem cernimus,ſæpè à bile in cerebro gignitur, & per aures expurgatur. Antiqui optimè tria in cerebro gigni excrementa animaduerterunt,pituitoſa,melancholica,& bilioſa. Pituitoſa per naſum, melancholica per oculos, bilioſa per aures foras protruduntur. Videmus etiam quidquid ab auribus detergitur flauum & amariſſimum eſſe. Conſtat igitur calidos

eſſe

eſſe defluxus,qui eiuſmodi ſunt vel generatione, veluti ſi è bile gignuntur, vel corruptione veluti putreſcente pituita, & acrimoniam ſalſedinémve contrahente catarrhos hos dignoſcas facilè. Si enim per palatum & os fluat humor amarore & acredine pungit, quicquid attingit,incendit,& rodit,vultus ardore rubeſcit, frons calet febríſque eius aſſidua comes,his adde temperiem calidam & bilioſam, aëris conſtitutionem calidam, viuendi rationem, & cætera omnia, quæ ad calefaciendos humores & gignendos apta ſunt, in humore præter ſubſtantiam & temperamentum etiam qualitatem,id eſt mores obſeruamus. Sunt enim humores quibus ineſt aliquid occultæ malignitatis: ſunt alij mitiores: ſunt & cocti & crudi: Inde catarrhorum differentiam aliam deſumimus: ſunt quoque rebelles & maligni, quemadmodum qui luem veneream comitantur, aut qui morbi eius reliquiis inhærent communibus remediis non cedunt, alexipharmacis, expurgandi nonnulli mitiores facilè & ſola purgatione curantur. Crudi nonnulli, alij cocti: num crudus ſit noſcere eſt. Si clarus, tenuis,inæqualis,viridis,flauus,amarus aut mordax:contra ſi æqualis & vbique ſimilis parúmque ſpiſſus coctus eſt.

A vapore hoc diſcrimen defluxionum naſcitur,quod aliæ ſint ſalſæ,aliæ acidæ,aliæ dulces & inſipidæ:ſalſæ ſemper periculoſiſſimæ ſunt. Si enim in primos pulmones irrepant,vlcus, Si in inteſtina, dyſenteriam efficiunt:à mixtione

verò humorum hæ differentiæ exurgunt: Quod nonnullæ à ſimplici humore fiant defluxiones, aliæ à mixtione multorum: atque ita accuratè excerpta eſt à nobis prima differentia à materia deſumpta.

Secunda à partibus deſumitur: duplices autem partes conſiderandæ occurrunt, quæ ſcilicet mittunt & quæ recipiunt, quæ mittunt ſunt vel externa vel interna pars cerebri. Hæc vt plurimum ſcatet excrementis propter temperiem frigidam & ſubſtantiam medullarem, illa etiam non raro excrementorum intra pericranium & cranium, cutem & pericranium, contentorum humorum illuuie madet, colligítque ingentem copiam aquarum è vaporibus, qui dum non perſpirant condenſantur, vel quia ex venis arteriiſque exſudat ſerum aliquod.

A partibus igitur illis hoc catarrhorum diſcrimen enaſcitur, quod externi alij foris defluentes per continuas membranas, in omnes partes corporis externas, ad articulos vſque, vnde articularis morbus gignitur fluant. Alij ſunt interni è cerebro in partes internas per varios ductus delati, qui ſi medullam ſpinalem petant, apoplexiam, paralyſim, ſtuporem, tremorem gignent. Si oculos & aures, cæcitatem & ſurditatem. Si naſum, coryzam, ſi palatum, & aſperam arteriam, raucedinem: ſi pulmones, aſthma, tuſſim, ptiſin, ſi ſtomachum, lienteriam, alui profluuium.

Tertia differentia ab accidentibus deſumitur,

tur , alij ſunt catarrhi πνιγώδεις ſubitò interimentes συντόμως ait Hippocrates ἀπόλλυντες, alij periculo vacant & leniter fluunt ; necnon alij ſine febre, alij adiuncta febre, alij item quos comitatur dolor, alij ſine dolore.

Vltima, ab eorum generatione & cauſis efficientibus deſumitur. Alij catarrhi idiopathici ſunt, qui vitio peculiari cerebri, illæſo penitus reliquo corpore gignuntur : Alij ſympathici à praua partium aliarum diatheſi, iecoris videlicet feruidi & ſtomachi frigidi. Hic enim cruditates plurimas ſuggerit, illud vapores multos emittit. Alij denique catarrhi epidemici, & ſporadici, quorum priores à conſtitutione aëris oriuntur, qualis fuit la Coqueluche, huius anni, & quæ decimo ante anno per vniuerſam Europam graſſata erat. Sporadici à particulari corporum conſtitutione & ratione viuendi ſingulis propria oriuntur.

* *
*

De cauſis Catarrhi.

CAP. IIII.

CAuſæ catarrhi vel externæ vel internæ, externæ à vitio aëris, & ratione viuendi gignuntur, aër nos afficit tribus modis, ſuis ſcilicet qualitatibus, ſubſtantia, & repentinis mutationibus, qui præcalidus eſt, aut pręfrigidus, & nimium humidus gignendis catarrhis eſt idoneus. Calor enim vbi liquefacit humores in cerebro contentos fluxos reddit. Frigus comprimendo cerebrum defluxiones mouet, & veluti de preſſa ſpongia, ſtillat vndique aqua, qua erat imbuta, ſic frigore exprimuntur ę cerebro humores: Idem frigus catarrhorum cauſa eſſe poteſt, calorem intus abigendo & coërcendo. Plurimum etiam mouent catarrhos meridionales venti & boreales. Hi premendo, illi replendo cerebrum, & grauedines pariendo. Sæpè ſol defluxiones mouet, ſi diutiùs in aprico immoreris repentina aëris mutatio & tempeſtatum, catarrhorum cauſis accenſentur. Niſi etiam temperiem ſuam ſeruent tempeſtates anni catarrhis annus exuberabit. Si cum hac alteratione aut temperamenti alienatione vitium aliquod particulare inſit, ſubſtantię aëris, corruptio videlicet occulta, gignetur catarrhus epidemicus & peſtilens, viuendi quoque ratio, cauſis externis catarrhorum adſcribitur

bitur: crapula & voracitas cerebrum replent: idcirco temulenti & helluones facilè in catarrhos ſuffocantes incidunt: Nimia etiam ieiunia, tenuando humores catarrhos mouent. Adde quod inanis ſtomachus attractos vndique è vicinis partibus humores abſorbeat, diuturnæ vigiliæ, aſſiduum ſtudium, animi affectus violenti, hæc omnia, quia calorem natiuum diſſoluunt, & cerebrum refrigerant, catarrhos producunt. Otio etiam excrementorum congeries creſcit, magnæ euacuationes, in primis frequentes phlebotomiæ & copioſæ mirum in modum effœtant corpus, & catarrhoſum efficiunt. Somnus longior corpus tumidum, & humidum reddit, maximè meridianus, & ſunt omnes cauſæ externæ, quæ catarrhos mouent & generant. Pergamus ad internas.

Cauſæ internæ, aut proximæ, aut remotæ ſunt. Remotæ quæ & antecedentes, à nonnullis potiùs vocantur ad dyſcraſiam cerebri, capitis, iecoris, ſtomachi, aliquando totius corporis referuntur. Intemperies frigida & humida, & calida cerebri catarrhos ſæpiſſimè gignit. Frigida & humida per ſe calida per accidens frigida calorem natiuum infirmat: vnde alimenti apepſia & ſuperfluorum excrementorum copia, proinde excrementa multa retineri neceſſe eſt. Calida plus alimenti, quàm digerere & plus vaporum quàm reſoluere poteſt attrahit. Sunt qui ſatis acutè obſeruarint denſitatem cerebri vaporum exhalationi obſi-

ſtentem defluxiones excitare. Praua capitis conformatio plurimum facit ad mouendos catarrhos. Qui enim anguſtas habent ſuturas, aut qui prorſus non habent, quales & multos nos vidimus, ſæpè catarrhis affliguntur. Quoniam retenti vapores in aquam conuertuntur. Suturæ potiſſimùm factæ ſunt vt ſpiraculi & camini inſtar eſſent.

Intemperies inferiorum partium maximè iecoris & ſtomachi frequentiſſima eſt catarrhorum cauſa, ſi credamus Auicennæ Arabum principi. E iecore enim feruido veluti è magno buſto concenſo plurimæ exhalationes calidæ prodeunt, quæ cerebri frigida temperie condenſatę in aquam conuertuntur. Addam etiam eos qui præcalido ſunt iecore venas habere calidas, è quibus continuò exſurgunt vapores. Intemperies frigida ſtomachi cruditates multas gignens catarrhos gignere poteſt. Vniuerſum enim corpus frigeſcit cùm ſecunda digeſtio vitium primæ non emendet. Conſpirantibus autem omnibus cauſis, adeò vt cerebrum ſit frigidum & humidum, iecur calidum, ſtomachus frigidus, nihil eſt dubij quin perpetua fiat in cerebro excrementorum generatio. Hoc voluerunt Arabes quando viſcerum inæquali temperiei defluxionum originem aſſignarunt: atque hæ ſunt cauſæ omnes remotæ. Proximæ non ſolùm catarrhi, verum cuiuſlibet alius defluxionis cauſæ, ſunt tres, pars mittens recipiés & natura humoris. In parte mittente ſitum al-

tum & vires obſeruamus, his inſtructa qualitatibus facilè in inferiores partes ſibi ſubiectas humores amandabit. Id optimè animaduertit Hippocrates libr. de vulneribus capitis, vbi ait inter omnes capitis partes frontem inflammationibus maximè obnoxiam, quia frons continetur, omnis autẽ fluxio fit à parte continente ad contentam. Frons autem continetur & ſitus & vaſorum productionis ratione pars recipit humorem, vel quia ſubiacet, vel quia debilis eſt, vel quia eum trahit. Pars omnis ſubiacens quicquid ea quæ illi dominatur excernit recipere poteſt, multò autem magis ſi etiam debilis.

Debilitantur partes vel ſuamet natura, vel per accidens raræ & ſpongioſæ, inualidæ ſunt, veluti glandes omnes, videtúrque nãtura de induſtria eas huiuſmodi creaſſe, vti excrementa ſuperflua à partibus nobilibus exciperent. Hęc ita eleganter ab Hippocr. in libr. de glandibus pertractata ſunt vt nihil addi poſſit. Cutis etiã debilis eſt vt interna omnia excrementa ſorberet, ideóque vniuerſum emũctorium vocatum fuit. Partes etiam debiles eſſe poſſunt per accidens. Ictu videlicet, lapſu, aut intẽperie aliqua: vtut ſint debiles recipiẽdis partium vicinarum excrementis idoneæ ſunt. Poſtrema cauſa eſt quando pars humorẽ attrahit. Arabes tres cauſas iſtius attractionis recenſent, calorem, dolorem, & fugam vacui. Calor per ſe attrahit, quia rarefãciens partes vicinas humores attenuans,

meatus dilatans fluxum humoris excitat. Dolor nō propriè attrahit, quia eſt ſenſus affectio. Senſus autem patitur nec agit, & ſenſio omnis per receptionem fit, ſed in locum dolore affectum confluunt humores, quia debilis eſt pars, & dolore etiam labefactatus calor natiuus non bene coquit humorem, proinde ibi hæret, qui aſſerunt humorem ad partem dolore afflictam defluere, propterea quod natura ſpiritus & ſanguinem ei ſubuenturum mittat, falluntur meo iudicio, & naturæ iniuriam faciunt. Si enim partem ſpiritibus & ſanguine egere ſentiat, obſeruabit etiam ſe ſanguinem mittendo parti, plus damni quàm auxilij ferre. Dolor igitur nō propriè attrahit vltima cauſa defluxionum humori accepta fertur. Si enim tenuis eſt ſubſtantiæ, calidæ temperiei, acris & pungentis qualitatis ad fluendum aptiſſimus.

Viuendi regimen generale defluxionibus conueniens.

CAP. V.

EOdem ordine quo alia duo, regimen hoc perſequar. Res ſex non naturales ita diſponendæ ſunt, vt non modò generationi catarrhorum obſint, ſed etiam ad eos diſponendos & conſumendos proſint. Eligatur igitur aër qualitatibus actiuis temperatus, paſſiuis verò ſiccus ſit, non humidus: temperatum volo aërem calore & frigore, quia calidus humores liquat, frigi-

frigidus exprimit. Si igitur frigidior ſit crebris ignibus ex iunipero, rore marino, lauro, quercu, ficu, confectis calefiat. Si præcalidus ſit, herbis & floribus frigidis refrigeretur, vitandi venti meridionales, & boreales, quoniam hi premunt, illi opplent. Raro ſolaribus radiis, aut nocturno frigori exponendum caput. Venti qui per anguſta foramina inſinuantur pluri-mum periculoſi. Aëris inconſtantia, vt obſeruat Celſus, admodum mouet defluxiones, cùm ſcilicet modò calidus, modò frigidus eſt. In omni defluxione deſideratur aër ſiccus, ideóque probè ibi conſultum erit: Si excelſa & à fluuiis diſſita loca inhabites.

In cibis tria notanda veniunt, quantitas, qualitas, & ratio vtendi. Quod ad quantitatem attinet, repletio omnis infenſa eſt, & infeſta complexionibus catarrhalibus: nunquam ſe ad ſatietatem ingurgitandum potiùs vno die ſingularum hebdomadum à cibo abſtinendũ. Quod ad qualitatem, morbo vel cauſæ contraria ſit: catarrhorum cauſa humor ſuperfluus eſt. Adhibenda igitur alimenta deſiccantia, reſpuantur omnino cibi vaporoſi, craſſi, flatuoſi, excrementis pleni, crudi, & ἄπεπτοι, in ratione vtendi his cibis, hæc occurrunt obſeruanda, nunquam ingeratur cibus in ſtomachum, quin prior planè coctus fuerit: cibo vniuſmodi modo bono contentus eſto, nam varietas cruditatum prouentum gignit quæ immixtæ ſanguini venas ineunt, & materiam cerebro ſugge-

runt. Largius ſit prandium quàm cœna. Somnus enim qui cœnam ſequitur magnam ad cerebrum euehit fuliginum copiam, quæ in aqua conuertuntur.

Panis ex bono tritico multum cocto conficiatur, nec omnino furfure expurgetur, & cui ſalis etiam modicum immiſceatur. Nunquam calido pane veſcendum, ſub paſtus finem biſcocti vſus aniſo & fœniculo conſperſi proderit, aſſæ carnes, quàm elixæ vtiliores. In primis quæ non multò humore madent. Caponum, columborum, perdicum, lepuſculorum, hœdorum, ceruorum, coturnicum, faſanorum, & reliquarum auium montanarum vſum approbamus, quæ ſi ſaluia & hyſſopo configantur magis conducent. Caue tibi ab vſu auium fluuiatilium, porcorum, agnorum, ouium, vitulorúmque iuſcula etiam nocent. Piſces pernicioſi, omne lactis & leguminum genus catarrhis inimicum.

Inter herbas commendant Arabes ſaluiam, hyſſopum, mentam, ſerpillum, pimpinellam, roſmarinum. Aëtius non improbat braſſicas, & porra, ſed alliis & cepis, quia vaporoſa ſunt interdicit, & omnibus herbis frigidis humidis veluti lactuca, portulaca, oxalide.

Vetantur etiam omnes fructus qui humore ſuperfluunt, veluti poma, pruna, melones, cucumeres, mora. Deſiccantibus vti licet veluti pineis, auellanis, piſtachiis, amygdalis, pitis, malis cydoniis, ficubus, vuis paſſis, meſpillis,

lis, ſorbis poſt paſtum ſcilicet. Quod verò attinet ad potum aqua frigida, omniſque potio aquæ frigidæ omni defluxioni aduerſa, niſi admodum calidæ, acri, & vbi febris adeſt, Aqua hordacea, ſacchari, & cinnamomi modico conſperſa, aut ptiſana, hydromele conferunt. Si ſtomachus ab his potionibus abhorreat, maturum vinum, & ὀλιγοφορὸν dulcedinis expers vina muſcata, & medicata, generoſáque omnia repentè caput impetunt & cerebrum opplent.

Si cùm primùm menſæ accubueris, bibas, mouebis & augebis catarrhum, ſed nihil pernicioſius iis qui catarrhis obnoxij ſunt, quàm potare, ſub tempus quo cubituri ſunt.

Nimius ſomnus, corpus torpidum reddit, excrementa retinet intus. Sex horas aut ſeptem dormire, ſatis, opertis interim pedibus & capite. Nam vt obſeruauit Ariſtoteles qui frigido humidóque ſunt cerebro, extremorum membrorum frigore multùm læduntur paulum elato dormiendum capite, & in alterutrum latus: nam ſi ſupinus dormias truncus venæ cauæ incaleſcet, qui ſpinæ dorſi, inſidet & multos ad cerebrum protrudit vapores. Cautè à ſomnis meridionalibus & ſtatim paſtum inſequentibus abſtineatur, præſtat deambulatione, aut faceto aut iocoſo aliquo ſermone, animum relaxare, non ſtatim etiam poſt paſtum lectioni, ſcripturæ, aut profundæ meditationi incumbendum, ita enim

calorem natiuum, qui totus eſſe debet in digerendo cibo auocabis. Diuturnæ vigiliæ æquè obſunt ac nimius ſomnus, nam calorem natiuum reſoluunt & cerebrum frigefaciunt.

Mane ſurgendum & in triclinio deambulandum, tuſiendum, & emungendæ nares, excrementis omnibus expurgandum corpus.

Vniuerſalia exercitia à magno illo Medico Hippocrate commendantur, particularia proderunt, ſicuti frictiones, ſed ſi imbecillum ſit caput & oppletum humoribus, ab infimis partibus incipiendum, & gradatim ad femora, ad dorſum: deinde ad brachium & collum progrediendum, fricandum caput poſtremum omnium, ſpongiis aut ſacculis arte factis.

Quoniam verò caput origo defluxionum eſt: huic vni incumbes maximo ſtudio ne vel grauioribus, vel leuioribus indumentis tegatur; verum non tam tibi à calore, quàm à frigore metuendum, nolim tamen illud nimis premas, ne fiat humorum attractio: venter autem liber eſto.

Methodus

Methodus generalis defluxionibus curandis.

CAP. VI.

QVoniam in omni defluxione pars altera eſt mittens, altera recipiens, medicus vtriuſque rationem habeat. Caput, origo & fons eſt omnium catarrhorum. Pars igitur induſtriæ noſtræ collocanda in vacuando, deſiccando & roborando capite. Adeo vt nihil noui gignere poſſit. Methodum defluxionibus frigidis & ab intemperie cerebri frigida & humida ortis, vtpote frequentioribus, congruentem ſtruam, eáque erit aliarum regula.

Prima indicatio ſeſe nobis prodens eſt, vacuandum eſſe hunc fontem, exhauriendúmque & exſiccandum. Ideóque conferent euacuationes generales & particulares, illæ autem ſemper præcedant: Si verò corpus plethoricum ſit, defluxio calida, febris adſit, iecur ferueat, venæ ſectio multùm prodeſt, quæ ſi omnia abſint, reſpuenda, vt docent Medici Arabes cùm catarrhum, vt catarrhum phlebotomia non agere, ſed tantùm quando ſymptomata eum comitantur aſſerunt. Veniemus à Clyſtere incipientes, qui totum corpus expurgauit, & de ſummo etiam cerebro attrahet.

℞. Decocti comm. clyſt. cui addes maiorane, *Clyſter.*

nę, hyſſop. ſal. ana P. j. ſeminis anethi ʒ. iij. florum camamillæ, ſtœchad. roriſmarini ana P. ß. in cuius colatura diſſol. bened. diaphœnic. mellis antoſ. aut mercur. ana ℥. j. olei anethi ℥ ij. ſalis modicum, fiat clyſter.

Poſtridie ſumatur pilularum ʒ. j. coccearum pro minoratiuo, vel hæc potio.

io pur-as. ℞. Agarici & rhabarb. ana ʒ. j. infundantur cum modico cinnamomi, aut garyophil. in aqua hyſſop. aut menthæ, expreſſione facta diſſol. diaphœnici, aut diachart. ℥ ij. ſyrup. roſat. laxat. ℥. j. fiat potio.

Si humores ſint frigidi, craſſi & viſcidi hoc apozemate præparentur.

ozema præpandum morem iſcidum craſm. ℞. Radicum acori, cyperi, galangæ, ana ℥. ß. foliorum bethonic. hyſſopi, maiora. ſal. meliſſ. agrimon. ana P. j. ſeminum aniſi, & fœniculi, ana ʒ. iij. florum roſmarini, ſtœchad. & bethon. coquantur omnia vſque ad ſeſquilibram, in qua diſſolu. mell. anthoſat. aut ſacchar. craſſi ℥. iij. fiat apozema clarificatum & aromat. cum ʒ. j. aromati garyophil. cum modico cinnamom. capiat per quatriduum. Poſtea iterum purgetur corpus iiſdem pilulis, aut de agarico, ſine quibus, & fœtidè, atque eadem potione quantitatem parum augendo, validè obſer-*autio in ſu pilul.* uant Arabes pilulas grandiuſculas eſſe debere vt diutiùs immorentur ſtomacho, tardiùs diſſoluantur, & à diſtantioribus locis trahant.

iata. Diætæ ſudorificæ euacuationibus generali-

bus

bus accenſeri poſſunt. Nam omnes ſeroſitates, venis incluſas euacuant, & quicquid ſuperfluit in viſceribus humiditatis exhauriunt, conficiantur guajaco Squinæ, ſalſaparillæ, ſaſaffras, earum deſcriptio & vtendi ratio ſatis cognita.

Remedia particularia pro capite.

Corpore ita purgato iis remediis vniuerſalibus, particularis cerebri euacuatio aggredienda erit. Cæterùm euacuatio vel inſenſibilis vel ſenſibilis eſt. Hæc fiet errhynis, maſticatoriis, gargariſmis, veſicatoriis, ſinapiſmis, cucurbitis ſcarificatis & cauteriis. Illa pulueribus, ſacculis, cucurbitis, ſiccis ſuffitibus, errhina cerebrum per naſum expurgant. Varia eſt eorum ratio: aliàs enim ſicca, aliàs liquida ſunt. Sicca conſtant pulueribus qui pungunt, & ſemine, ſtaſiſagriæ, helleboro albo. Liquida ſucco maiora. mercurial. anagalis, macis, bethon. braſſicarum, & vino albo. Sunt qui commendent oleum nigellæ ſi illinatur narium meatus.

Maſticatoria plurimum valent ad purgandum cerebrum: conficiuntur ex radicibus pyrethri, aut maſticæ, nuce moſchata, cubebis, vuis damaſcenis in aqua ſaluiæ infuſis, vel in eſſentia ſaluiæ & thymi. Gargariſmi non adeo vſitati.

Veſicatoria.

Veſicatoria capiti admota euacuant ſenſibiliter, conficiuntur ex fermento, columborum ſtercore, muſcis cantharidibus, cum modico aquæ vitæ. Præparantur etiam empla-

ſtra quæ aquas attrahent ex radice brioniæ, thapſiæ, ſemine ſinapios, euphorbio. Panis etiam calidus vertici admotus cum aquæ vitæ modico, ſeroſitates multas haurit.

Cucurbitæ ſcarificatæ huic euacuationi conferunt. Tandem catarrhis inueteratis & rebellibus, cauteriis ſuccurrendum quæ fontem exhauriunt humorem deriuant capiti, ceruici, & brachio applicantur.

Alia eſt euacuatio inſenſibilis quæ fit reſoluendo humorem & in vaporem conuertendo, qui deinde per inſenſibilem tranſpirationem exhalatur, ſacculi pulueres & ſuffitus idem preſtant.

acculi o capi- e. ℞. Milij & auenæ, ana P. j. furfuris & ſalis ana ℥.j. frigantur hæc omnia & ſacculo incluſa calida ſuturæ coronali applicentur, vel

acculi. ℞. ſemin. aniſi, fœniculi, & baccar. lauri, ana ℥.ij. milij & ſalis communis an. ℥.iiij. ſummitatum anethi, flor. camamil. & roriſmar. an. P. j. frigantur hæc omnia, & includantur ſacculis capiti applicandis.

Suffumigia quæ foras trahunt & reſoluunt ſic conficiuntur.

uffitus. ℞. Storac. benjoin. nigellæ romanæ an. ʒ.iij. garyophill. & trochiſcor. galliæ moſchatæ an. ʒ.j. fiat ſuffumigium quo veſtimento capitis ſuffiantur, vel

Suffitus. ℞. Thuris, ladani, benjoini ana ʒ.iij. gummi, hederæ, granorum iuniperi, coriandri præparati

rati ana ʒ.ij.miſce, fiat ſuffimigium, hiſce artificiis primam aſſequemur intentionem, vt ſcilicet cerebrum expurgemus, & fontem catarrhorum exhauriamus.

Alia eſt indicatio roborandi cerebrum, illúdque vendicandi intemperie frigida & humida quæ perpetuam excrementorum copiam congerit, omniáque in aquam vertit: fruſtra enim exhauſtus erit fons iſte niſi impediuerimus quominus iterum oppleatur. Id vt aſſequamur remedia interna & externa adhibebimus. Interna ſunt, opiata, tabulæ, pulueres, theriaca, mithridaticum, conſeru. bethonic. roriſmarini, & ſtœchados, maximè conueniunt.

℞. Conſeru. florum roſmarini, ſtœchad. & bethonicæ ana ℥.j. theriac. veteris ʒ.ij. pulueris aromat. roſat. & diagalang. ana ʒ.j. cum ſyrupo ſtœchad. fiat opiata, de qua ante paſtum ſumat ad magnitudinem auellanæ. *Opiata roborans.*

Conficiuntur hoc modo tabulæ eiuſdem virtutis. ℞. Pul. aromat. garyophil. ana ʒ.j. diagal. ʒ.ß. nucis moſc. ℈.j. ſacchar. aqua bethon. aut meliſſæ diluti quantum ſatis, fiat electuarium, in tabulas diſpertiendum quarum ſingulæ ſint ponderis trium drach. harum vna, mane duabus horis, ante prandium ſumatur, vna iterum ſub veſperum ante cœnam. *Tabellæ.*

Puluis digeſtiuus à paſtu ad cerebrum & ſtomachum roborandum.

[Pu]luis di-[u]inus. ℞. Aniſi conditi ʒ.iij. cinnamom.ʒ.ij. nucis moſc.ʒ.j.coralli rubri ℈.ij.margaritarum præparatarum,& cornu cerui ana ℈.j. ſacchar. roſat.& ſacchar.albi ana ℥.iiij. fiat puluis de qua cochleare vnum poſt paſtum pro diuitibus addetur ambri griſei modicum, aquæ cœleſtes, theriacales,imperiales, plurimum ad deſiccandum & roborandum cerebrum conferunt, potiſſimum ſenibus , & temperamento frigidis.

[Aq]uæ cor-[dia]les.

[R]emedia [ex]terna. Remedia externa cerebrum corroborantia, ſunt puluεres capitales ; quibus conſpergetur vniuerſum caput , aut conficientur pilei.

[P]uluis ro-[b]orans ca-[p]ut. ℞.Garyoph.macis, ligni aloës ʒ.ij. roſarum rubr.& bethonic.ſiccę ana ʒ.iij.fiat puluis quo quotidie conſpergatur caput, vel fiat pileus hoc modo.

[P]ileus ſeu [c]ucupha. ℞. Foliorum bethonic.meliſſ. maior. menthæ optimæ ſiccatarum , ana ʒ.iij. garyophill. macis, nucis moſc. ana ʒ.j. roſar.rubr. florum roſmarin. ana ʒ.j.ß. granorum kermes, ligni aloës, ana ʒ.j.fiat puluis Xilo intermiſcendus quo fiat pileus , bombiceo panno rubro coopertus.

Fiunt etiam emplaſtra toto capiti applicanda,quemadmodum roborant & deſiccant.

Empla-ſtrum. ℞. Ladan.puriſſimi,& maſticis ana ʒ.j.thuris, & ſandarac.ana ʒ.iij. radicum cyperi, garyophil.ireos Florent.ana ʒ.ß. flor.ſal.roriſmarini,roſ.rub.ana ʒ.v.cubebarum ℈.ij.malaxentur,

tur hæc omnia cum oleo irino & terebenthina, fiátque emplaſtrum.

Paucis ab annis tranſlatum fuit è terris nouis gummi præſtantiſſimum nomine Tacamahaca, capiti in formam emplaſtri apponitur, cerebrum roborat, fluxiones omnes ſiſtit, tantúmque ad ſedandos omnes dolores valet, vt hoc vnicum apud Indos aduerſus omnigenos dolores vſurpetur niſi appareat inflammatio eximia. Ipſemet eius effecta animaduerti. *Tacamhaca.*

Omnibus antiquis practicis, ad deſiccandum & roborandum cerebrum plurimum approbantur capitis lotiones cum herbis cephalicis quales ſunt bethonica, meliſſa, maiorana, lauendula, flores ſtœchados & roriſmarini, fiet & optimus ſapo hoc pacto.

℞. Saponis opt. ℥.iij. agaric. ℥.iij. ireos Florent. ℥.ij. garyophil. & macis ana ℥.j. fiat ſapo. *Sapo.*

Commendantur etiam balnea naturalia modò actu calida ſint & ſulphurea, veluti bellelucanæ aquæ, quarto diſtantes à monſpellio lapide. *Balnea naturalia.*

Sunt qui in aures quotidie veſperi guttas aliquas olei terebenth. inſtillent, & xilo moſcato obturent. Siccati ita & roborati cerebrum aſſeuerant.

Ea omnia remedia catarrhis frigidis conferent, & quibus eſt cerebrum frigidum humidúmque. Sin autem defluxio calida ſit cerebrúmque, etiam medicus remedia varia adhibebit, & intemperiei accommodabit. Hæ duæ

ſunt indicationes quæ partem mittentem reſpiciunt, prius exhaurienda, deinde roboranda eſt ne quid noui gignat.

Nunc parti recipienti conſulendum, pars omnis inferior & debilis recipere quaſi cogitur, verum pro nobilitate aut neceſſitate partis, magis vel minus nobis curæ erit. Si in oculos defluat catarrhus remedia iam præſcripſi: Si in naſum diuertendus erit, ſi in dentes, mox te rationem eos conſeruandi docebo: Si in ſtomachum per ventrem poteſt excerni. Periculoſiſſimus eſt omnium cui per tracheam arteriam illabitur, & in pectus aut pulmonem ingruit, reſpirationem enim impedit, actionum omnium maximè neceſſariam, & animal ſuffocat. Illi igitur promptè occurrendum omnia quæ iam præſcripſi remedia, ad vacuandum, diuertendum, & deriuandum humorum motum vſurpanda: ſi autem rapidus ſit & pręceps, eum remediis quæ in ore tenebuntur & degluti&ntur ſiſtere cogemur, à leuioribus incipiendo cuiuſmodi ſunt, Bolus Armen. terra ſigil. tragacant. conſer. roſ. veterum, ſacchar. roſat. fient paruæ formulæ

...mula ling. ſiſtẽd. ...ionem

℞. Conſeru. roſ. veterum ℥. j. ß. pulueris tragacanth. ℥. j. terræ ſigillatæ, boli Orientalis ana ℈. ij. ſacchari diluti in aqua infuſionis, gummi tragacanth. quantum ſatis fiant paruæ formulæ.

Ni hæc ſufficiant deueniendum ad fortiora, qualia ſunt diacodium, theriaca recens, pilulæ de cy-

de cynogloſſa, aut quæ ab antiquis deſcriptæ, fiunt ex ſtyracis, galbani, opij.& myrrhæ, partibus æqualibus, hæc non adminiſtranda ſunt remedia, niſi neceſſitate vrgente, & cùm ſubita mutatio metuitur.

Siſti poteſt etiam catarrhus remediis externis, ſuffumigiis videlicet & emplaſtris.

℞. Roſarum rubrarum, coriand. præp. ana ℥. j.ß. maſtich. ſandarac. gummi hederæ ana ℈.j. ſeminis papau. ℈.v. granorum myrrhæ ℥.ß. fiat puluis pro ſuffumigio capitis cuius etiam ſuffitus per os aut naſum attrahi poterit gummi tacamahaca pręſentiſſimum eſt cohibendis & ſiſtendis catarrhis remedium catarrho cohibito expurgandũ erit pectus becchicis remediis, tuſſim excitantibus euacuandum peculiaria non hîc deſcribam remedia, quoniam methodum tantum generalem catarrhis ſubueniendi doceo. *Suffitu* *Tacamhaca.*

Ratio conſeruandorum dentium.

CAP. VII.

QVoniam catarrhi ſæpiſſimè dentes inuadunt, eóſque plurimùm corrumpunt, rem non ingratam puellis me facturum arbitror. Si capitulo vno rationem eos conſeruandi perſtringam breuiter. Vt pulchri, ſaníque ſint dentes, albos eos, leues, duros, firmos eſſe oportet, carnémque gingiuarum integrá, duram, & den-

ſam. Demonſtraturus prius ſum quidnam eos labefactare & nigra ſorditie aut rubigine conſpurcare poſſit: deinde potiora remedia quę iis expoliendis & conſeruandis plurimum conferant deſcripturus.

Aër frigidus, vt obſeruat Hippocrates quinto lib. aphor. dentibus inimicus.

Cibi omnes crudi, dulces, viſcidi, acidi, pingues, duri, vaporoſi, & qui actu frigidi ſunt, ſupra modum dentibus nocent. Crudi multos vapores emittunt qui eos denigrant, & rubigine fœdant, dulces, viſcidi, & pingues multum ſordium relinquunt, acidi eos laceſſunt & ſtupefaciunt propter aſpredinem & inæqualitatem ſuam duri eos quatiunt.

Carnibus euchymis, & eupeptis veſcendum; nam conſulendum in primis ſtomacho, ſi conſeruandis dentibus ſtudeas.

Vſus frequens lactis, caſeus, artocreata, & huiuſmodi pemmata legumina eos corrumpunt; ſaccharum denigrat inter alia. Non vna parte mandendum eſt tantummodo, ſed vtraque ex æquo, corrumpuntur enim dum otiantur. Carnes agninæ, & ſuillæ, & quidquid frigitur, ſicut & vſus communis fructuum humidiorum plurimum eos lædunt. Veteres obſeruant porra, dentes & gingiuas corrumpere, vino bene diluto, nec dulci, nec frigido nimium vtendum; iuſcula vt & reliqua omnia præcalida eos lædunt. Detergendi ſedulò ſunt poſt paſtum, ideóque dentiſcalpia ex lentiſco, myrrho, rorę marino,

rino,

rino, cupreſſo, & aliis lignis adſtringentibus vtiliſſima addi poteſt, & modicum lignum aloës: cultro autem aut aſſicula (vt multi peccant) non detergendi ſunt, laxant enim omnia ligaméta: nec diu etiam ſcalpendi potiſſimum iis qui catarrhis obnoxij ſunt. Sic bene deterſi, pauco vino diluto lauari poterunt. Continuus vſus ſublimati denigrat & corrumpit vehementer dentes. Cui malo vt obuiam eatur præparandum eſt optimè ſublimatum, nec anteà eo vtendum, quam per tres aut quatuor menſes, in aqua ſingulis primi menſis diebus aliorum ſingulis hebdomadibus ſemel aut ter mutanda, infuſum fuerit. Nunquam etiam facies illinenda, priuſquam lotum fuerit os & deterſi dentes, tenendáque aqua ore. Ea ſunt omnia quæ nocent dentibus.

Videamus quæ proſint. Sunt qui candidi ſint dentibus, ſed infirmis, aut quia laxa ſunt ligamenta, aut quia gingiuæ carne exuuntur: alij dentes habent firmos, ſed nigros. Duplicia ergo requiruntur remedia quę albent ſcilicet, & quę firment, carnémque regenerent.

Eorum quæ dealbant innumera eſt multitudo, ſed meliora ſeligam. Medici Græci præ reliquis pumicem vſtum, & tritum commendant. Hoc illis familiare eſt remedium.

℞. Pumicis & ſalis vſtorum ana ℥.iij. iunci odorati ℥.ij. piperis ℥.j.ß. puluériſentur hæc omnia, fiátque dentifricium. *Dentifricium.*

Nos puluerem conficiemus maximè meo arbitrio dentibus dealbandis idoneum.

[P]uluis ad [de]alban[do]s den[te]s. ♃. Criſtalli ʒ.j.ß. coralli albi & rubri ana ʒ.j. pumicis & oſſis ſepiæ ana ℈.ij. marmoris albi, radicis ireos Florent. cinnamo. & granor. kermes an. ʒ.ß. ſalis communis ʒ.j. margaritar. præpar, ℈.j. alabaſtri, & alum. rupei ana ʒ.ß. terantur hæc omnia ſubtiliter quibus fricentur dentes quotidie mane, loti prius vino albo. Ex iiſdem pulueribus poſſunt confici opiatæ addendo mel. *[O]piata.*

[Sp]iritus [vit]rioli. Spiritus vitrioli aquæ immixtus mirum in modum dentes dealbat, & ſingulare eſt remedium: aquam etiam fortem aqua communi diſſolutam nonnulli magnifaciunt: proderit & hæc ſtillatitia aqua.

[Aq]ua. ♃. Sulphur. viui, aluminis, ſalis, gemmæ ana ℔.j. aceti ℥.iiij. loco aceti, ſpiritum vitrioli ſubſtituunt, extrahatur aqua per retortam lento igne ne ſulphur redoleat. Hæc aqua dealbat vehementer dentes, & putridas gingiuas expurgat. Si dentes ſint nigri & viſcidi.

[P]uluis ad [ni]gredi[ne]m den[ti]um. ♃. Farinæ hordei, ſalis communis ana ℥.ij. miſce cum melle, & fiat paſta quæ charta inuoluta in furno deſiccabitur: huius pulueris

♃. ʒ.iij. cancrorum vſtorum, & pumicis, oui teſtarum in puluerem redactarum, alumin. ana ʒ.ij. citrei cortic. ſiccæ ʒ.j. miſceantur omnia, quibus fricentur dentes.

[Ra]dix al[th]ea. Radices altheæ præpa. detergunt & dealbant den-

dentes,ita autem præparantur.

℞. Radices altheæ bene purgatas in multas partes diſſectas:in aqua cum modico ſalis, aluminis,& ireos Florent. bulliant : poſteà ſiccentur in furno & iis dentes fricentur. *Radix altheæ.*

Si labeſcunt. ℞. Radic. Biſtort.pentaphil.ana ℥.j.rad.cyperi ʒ.ij.roſ. rubr. ſpongiæ, bedegar.lentiſci an. ℥. ß.ſumach.ʒ.ij.garyophil.ʒ.j. coquantur hæc omnia in aqua chalybeata vino craſſo diluta,lauentur ea gingiuæ , addito modico aluminis,vel *Ad dent. tremul.*

℞. Coral.rubr.cornu cerui, aluminis ana ʒ. j.ß.ſumach.ſpongiæ bedegar.ana ʒ.j. fiat puluis qui immiſcebitur ſucco aut vino malorum cydoniorum , & gingiuis , aut radicibus dentium in formam vnguenti applicentur. *Vnguentum ſeu paſta firman. dentes.*

Si dentes exuti ſint carne, regenerabitur caro his remediis. Fiat puluis cum alumine , coral. rub.thure, & cortice thuris modico ireos, & ariſtolochiæ,vel *Ad incarnandum dentes.*

℞. Aluminis plumei,balauſt.ſumach.ana ʒ. ij. ligni aloës, cyperi, myrrhæ, maſtic. ana ʒ.j. fiat puluis:opiatæ etiam ad incarnandum idoneæ ſunt,& melius adhærent. *Puluis.*

℞.Aluminis rup.℥.ß.ſang.drac.ʒ.iij.myrrhæ ʒ.ij.ß.cinnamom. & maſtic.ana ʒ.j. redigantur hæc omnia in puluerem ſubtilem , & cum ſufficiente quantitate mellis , fiat opiata quæ applicabitur gingiuis ſub veſperum per totam noctem. Poſtridie mane lauabuntur ali- *Opiata.*

3488/11

qua decoctione aſtringenti , aut vino craſſo. Sunt qui quotidie mane granum ſalis in ore ſumant, teneántque donec liqueſcat, & poſtea detergeant dentes lingua,hoc dealbare,firmare dentes,& à corruptione vindicare gingiuas arbitrantur. Atque hæc eſt conſeruandorum dentium ratio.

FINIS.

Soli Deo honor & gloria.